



**Apologia catholica ad famosos et seditiosos libellos  
coniuratorum qui, ab Alenconii Reg[ij] fratris vnici obitu, ad  
turbanam publicam Regni Francici tranquilitatem, &  
subuertendam regiae Maiestatis dignitatem insurrexerunt,  
conscripta ; & bono publico edita. : Opus ad regiarum  
familiarum, Francicae & Borboniae, domus etiam  
Lotharingic[a]e origines & progressus intelligendos: religionis  
discidia lenienda: successionum co[n]trouersias decidendas  
inprimis vtile**

<https://hdl.handle.net/1874/427516>

2

APOLOGIA  
CATHOLICA  
AD FAMOSOS  
ET SEDITIOSOS  
LIBELLOS

Coniuratorum

gall. 1585.

2 VI; AB ALENCONII  
*Regij fratris unici obitu,*

Aut. Pierre  
de Bellot.

AD TURBANDAM PUBLI  
cam Regni Francici tranquil-  
litatem, &

Co. 3<sup>rd</sup>.

SVBVERTENDAM REGIAM  
*Maiestatis dignitatem insurrexerunt;  
conscripta, & bono publico  
edita.*

OPVS  
AD REGIARVM FAMILIARVM  
Francicæ & Borbonicæ, domus etiam Lotharin-  
gicæ origines & progressus intelligentos: religio-  
nis discordia lenienda: successionum controverbias  
decidendas in primis vtile.

Auctore E. D. L. I. C.

De Gallico expressum cum fide.

PROVERB. XXVI.

Responde stulto, iuxta stultitiam suam, ne sibi sapientia adi-  
videtur.

ala. Is xvii.

L'abat de Latreille  
Pierre de Bellot

АСЛЮИТАС

ЗОЗОМУЧДА

ВЕЛОТИЧЕСТВ

СЛАВЫ

ПРИЧИНОЙ

СЛОВА СВЯТОГО

СИЛВЕСТРА ПАМЯТИ

СВЯТОГО ПАПЫ РИХАРДА

СВЯТОГО АРХИПЕЛЕГА

INTERPRES  
PIO ET VERITATIS  
STUDIOSO LE-  
CTORI S. D.



ON possum, Lector  
quisquis es, qui nobis  
partibusq; nostris, cum  
Deo faues, non inge-  
miscere, cum insignē  
illam principum concordiam, usur-  
patā olim maioribus nostris, & ab  
vetere scriptore Agathia prædicatā,  
animo meo reputo, & nuperis his  
nostris ciuilibus bellis compono.  
*Et si, ihquit ille, antehac sèpè, & no-*  
*stris his quidē temporibus, in Principes*  
*tres plurēsve Francorum sit partitum*  
*imperium, nunquam tamen in iniucem*  
*bellū suscepisse costat, nec ciuili patriam*  
*sanguine cruentasse: cum alias difficilis*

## PRAEFATIO.

habeatur inter pares cōcordia. Vide tu,  
mi Lector, quantum hodie à prisca  
illa & verè diuina virtute discesseri-  
mus. Controuersiam hodiè Regi,  
Principibusq; Regijs cruentam mo-  
uet, non Regius frater, aut Regia de-  
stirpe Francorum Princeps, aut anti-  
qua & genuina ortus procerū Fran-  
ciæ familia: nam & hoc, quamuis in-  
mane, esset tamen aliquomodo to-  
lerabile: sed homo nouus, ab omni  
Regiæ familiæ propinquitate alie-  
nus, mōstrum Ardenhæ desertis sal-  
tibus, aut Louauiensium sordidis  
paludibus excitū; & , quod horreas,  
in Franciæ sinu , quam monstra so-  
lam non alere, Diuus olim Hierony-  
mus dixit, educatum , & ad summa  
quæque prouectum. Itanc igitur fa-  
mulis & familiaribus nostris licebit  
impunè, viuis nobis, viuis liberis no-  
stris hereditatem nostram cernere?  
Vestra hic, Reges & Principes, res a-  
gitur. Hic tu, orbis Christiani deli-  
cium, ELISABETA Regina, animū  
inten-

## PRAEFATIO.

intende, Hispanicas fraudes, & Iesuiticas artes experta sapientia, & Dei clementia, feliciter. Et vos, nobis vere GERMANI Principes, qui CHRISTO, fideles, militatis, rebus nostris vestrisque, tempestiuè consulite. Exsurgentē atrum ab Hesperia nimbum prospicio, sœuam qui nobis tempestatem comminatur: sternet nostra vestraque omnia, ni communī eum animo consilioque, iunctis viribus, cum DEO bene volente, auertamus. Aduersus consentientes & coniuctos nullæ futuræ sunt sati validæ Tyranni vires. Sed vide quod humana prorumpat audacia. Cœlum ipsum, stulti, armis petunt: At qui habitat in cœlis, irridebit eos. scilicet, Diuinæ maiestatis contemptores, de Religione solliciti sunt. Causas credas, mi Lector, homines impios, pietate moueri: hoc agunt, ut sublatto vero DEI cultu, legitima etiam & iusta tollant imperia; tyrannicum ceruicibus nostris, & Iesuiticum Sa-

## PRAEFATIO.

tanę atq; Hispani iugum imponant.  
Sed viriliter agite, & cōfortetur cor vō  
strū, omnes qui speratis in DOMINO.  
DOMINVS dissipat consilia gentium,  
reprobat autē cogitationes populorum,  
& reprobat consilia Principum. Testa-  
mētum nobis ab ipso relictum im-  
pugnatur: auctoritate ipsius condi-  
ta petuntur imperia. Quid dubita-  
mus amplius? quin Deo duce, rem  
agreedimur; & commissam nobis  
veritatem & iustitiam iustis armis  
tuemur? Missis igitur, ex D. Pauli  
præcepto, stultis & sine disciplina que-  
stionibus quæ Ecclesiam Dei misere-  
haec tenus agitarunt, vnanimi con-  
sensu, Dei primū nostri honorem  
defendamus; sacrosanctam inde  
Principum auctoritatem tueamur;  
& nostram nobis libertatem inte-  
gram alacres conseruemus. Hæ bo-  
næ nobis & faustæ sunt aues, quibus  
freti & manū securi cum hoste con-  
ferere possumus, & infelicem Pacis  
mentionem feliciter repudiare, do-  
nec

## PRAEFATIO.

nec suus sit Deo honor redditus,  
Principibus auctoritas stabilita, no-  
bis certa libertas restituta. Sed dicā  
de his alio loco fusiū. Præparaui ti-  
bi interim, Lector, libelli huius pīj  
& docti lingua nostrati ante menes  
aliquot editi, Latinam interpreta-  
tionem, festinanter quidem illam  
confectā: attamen, nisi me spes mea  
fallit, quæ illustrādæ apud nationes  
exteris veritati futura sit.

Sed ne te operis titulus offendat;  
auctorem velim scias religionē Pon-  
tificiam, quæ vulgi errore Catholi-  
ca dicitur, profiteri: & fatetur ipse in  
hoc opusculo sāpius, & ita habere,  
de fide dignis testibus compertum  
habeo. Hinc libro *Apologia Catholice*  
titulus. Auctorem ipsum & virū bo-  
num esse, & bonum ciuem, & elegā-  
ti doctrina, atque iudicio acri præ-  
ditum, liber ipse loquitur. Interpre-  
tationem meā qui carpat, fore cer-  
tum habeo: fortasse meritò. Barba-  
ra sunt in ea multa, & ab elegantia

## PRAEFATIO.

Latinæ linguaæ aliena: sed præterquam quod argumento, & vulgi auribus fuit concedendum aliquid, moram editio non ferebat: ne operi gratia & suus fortasse etiam fructus, qui in huiusmodi ex celeritate est, deperiret. Et in festinatione ista, non dabant se semper & apta & Latina verba: mihi præsertim & operæ huius insolenti, & alio properanti. Occurres, cedendam fuisse hanc prouinciam alij, exercitato magis, & ad hanc rem otioso: Et fecissem lubens, si qui se obtulisset. Sed cum neglegi videbam, desumpsi eam mihi, ne defuisse patriæ in tam atroci tempestate viderer, & solus miserabile sedens spectasse naufragium. Quod in me fuit, præstiti, & præstabò porrò plenius, si vita suppetet. Neq; enim nunc votis tantum & precibus, quas adferre etiā mulierculæ possunt, sed manu & iustis viribus reprimendi sunt perditorum hominum conatus improbi. Iam si quando mihi, aut veritati

## PRAEFATIO.

ritati potius indulsi liberius, nihil tamen præter auctoris mentē adscripsi, prudens. Nomina propria, nisi quæ, iam olim Latinè inflexa, notissima sunt, ita exscripti, ut apud nos exprimuntur: quod ea vidarem pleraque inflexionem Latinam nō ferre; & nativa sua specie nota esse, etiā exteris, quæ personata vix quisquā agnosceret. Tu, mi Lector, lege & faue.

Tu autem, DOMINE fortitudo psalms. 22.  
bis tua, & protector saluationū CHRI-  
STI tui, saluum fac populum tuum, &  
benedic hereditati tuae: & rege eos, &  
extolle eos usque in aeternū. Adiutor nopsalms. 42.  
ster es tu, protector noster es tu, DEVS  
noster, ne tardaueris. Exsurge, DOMI-  
NE, adiuua nos, & redime nos, propter  
sanctum nomen tuum. Amen.

PSALM. XXXVIII.

Qui retribuunt mihi mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.

PSALM. XLI.

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui e debat panes meos, magnificauit super me supplantationem.

Tu autem D O M I N E, miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.

PSALM. XV.

Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei:  
Tu es qui restitues hereditatē meā mihi



## A V C T O R I S   A D L E C T O R E M P R A E F A T I O .

**N**umquam manifestius, Christiane, France, & Catholice Lector, inimicorum nostrorum artes detegere, & quibus Satanas praevis ministros suos remuneret cognoscere licuit, quam hoc ipso tempore, quo ex ipsis quosdam adeo mente captos cernimus, ut exitio suo finitimi, securi vivant, & felicia sibi polliceantur omnia, detestandam improbitatem callidis artibus, & impudentibus mendacibus regere laborantes. Sed quod se magis latere putant, eodem se magis produnt. Quid enim, obsecro, quietis nostrae turbatores speciosius & in vulgum gratosius praetendere consilijs suis poterant, quam religionis pietatem, & oppressae plebis sub-

## PRAEFATIO.

leuationem? Sed quemadmodum mēdā-  
cijs eos ad se pertraxit veritatis hostis,  
ita nisi mendacijs pascere eos & retine-  
re non potest: ea autem, cū tamquam  
cottidiano utantur victu, deficere ne-  
cessē est, vi semper veritatis praeualente.  
Iacta itaq; mendacia, & emissæ ore canis  
no calunnia in Nauarrenum Regem, et  
Condæum Principem hactenus, ab alie-  
nigenis quibusdam, Regni huīus, Regiaeq;  
familia hostib; sub Religionis prætextu,  
seipſas confodiunt. Persuadere enim Re-  
gi domino nostro, populoq; Francico co-  
nati sunt, Regiæ maiestati, principes illos  
parum fidos & rebelles esse, Regni &  
Reip. hostes, quam tamen conseruari &  
augeri, nemini magis ( Regiam maiesta-  
tem, cui consanguinitate proximi sunt,  
excipio ) quam ipsorū interest. Et certè  
Dei optimi bonitatē predicare summo-  
pere debemus, quod post tot falsas & im-  
pudenter confictas calūrias, quib. apud  
Maiestatem suam Christianissimam o-  
ptimos illos Principes, propinquos eius et  
subditos fidelissimos traduxerūt, & Re-

gnūm

## PRAEFATIO.

gnum hoc maximis debilitatum calamitatibus tantum non afflixerunt, Regis tandem oculos aperire & illustrare ei placuit, ut istorum hominum illusiones, ad suum ipsius exitium & Regni Reig publicae ruinam spectare intelligeret, & hactenus grauiter sibi impositum cognosceret. Perspectis igitur præteriorū malorum causis, imitari Maiestas sua peritum & prudētem medicum voluit, qui egrotum sibi commissum, calore emortuo, & viribus languidis abiectum cernens, ut curam eius aggrediatur, quiescere & animo libero decumbere iubet. Ita Rex noster vexatum diuturnis bellis ciuilibus, falso & calumnioso prætexte excitatis, Regnum suum intuens, componere prius omnia & pacem constituerre voluit, ut facilius deinceps morbi causas tollere, & eos qui auctoritate abundantes Regia, improbis persuasionib. omnia turbauerant, ablegare posset. Hoc improbi illi consiliarij præsentie, præclusam sibi priorem illam viam cerneret, quod callidis artibus & quasi per-

sunis

## PRAEFATI.

cuniculos tanto tempore egerant, aperto  
Marte tentare, atque nunc demum in  
Regnum & Remp. tamquam ad scopum  
arcum palam intendere cæperunt, libel-  
lis & concilis & fautorum suorum con-  
sultationibus publicatis, non solum ad  
certum & indubitatum Regis Nauar-  
reni succedendi ius, (si, quod abominor,  
Deus Regem nostrum nullis ex se relietis  
liberis, vocare ad se voluerit) impu-  
gnandum, sed etiam ad falsos suos &  
confictos titulos prædicandos, & nefar-  
ria consilia promouenda. Regi quidem  
Nauarræ nullo modo necessarium est,  
causam nunc suam agere, & imposta-  
ris istis, impiorumq; ineptis consultatio-  
nibus respondere, quoniam eo loco res  
sunt, ut verisimile non sit, occasionem,  
quam isti expectant, consilia sua exse-  
quendi, venturam, Rege, Dei benigni-  
tate, iuene, sano, & valido. Et certè suc-  
cessionis huius spem parui Rex Nauarræ  
facit, sapiens nimirum & prudens prin-  
ceps, eoque iudicio præditus ut facile intel-  
ligat commodum omne suum, dignita-  
tem

## PRAEFATIO.

rem omnem, prosperitatem, & tranquilitatem à Regis Domini sui longa & felici vita pendere, ut quam diutissime eum dignitatis gradum obtineat, quem nunc sub Maiestate sua tenet, in eiusdem gratia, atque sub eiusdem auctoritate felix vivat. Ea namque propitia, non saluum solum & indemne seipsum ab inimicorum suorum conspirationibus conseruabit, sed eiusdem Regie Maiestatis cui sanguine quam proximus est, favore & firmis auxilijs, sua, cum Deo visum fuerit, promouebit & producet eliciter. Quicquid sit neminem esse arbitror, ratione & iudicio præditum, qui de Rege Nauarreno sinistrum quicquam suspicaturus sit, siuris sui rationes & cause aequitatem demonstrauerit, cum iij qui nullo, ne specioso quidem, iure nituntur, & ab hac causa alienissimi sunt, tam imprudentes, immo imprudentes & temerarij sint, ut ea proponant & disputent, que ne cogitare quidem ausi essent antea fautores eorum præcipui. Et hæc mihi inter alias causa fuit,

## PRAEFATIO.

suit, ut ad scribendum animum appelle-  
rem, & tot famosis libellis, disputationi-  
bus, concilijs, consultationibus, quas mi-  
hi abhinc annum legere contigit, respon-  
derem. Quod à me fieri, absque Regis Na-  
tuaræ mandatu, cui ne notus quidem  
sum, profiteor. Neque etiam, quam pro-  
fitetur, religione moueor, cum Catholi-  
cus sim, & fuerim hactenus, & sub Apo-  
stolicæ & Rom. Ecclesie auctoritate vi-  
uam. Sed cum FRANCVS natus sim,  
putauisse officij mei, FRANCORVM  
Principum iustam causam defendere, e-  
orum maximè, quibus imprimis post Ma-  
iestatem suam obligati sumis, quorumq;  
dignitatem, commodum, Celsitudinem,  
prosperitatem tueri, calumnias & impo-  
sturas à Satana, mendacij patre, in Cel-  
situdinem eorum confitas depellere, e-  
tiam ex officio Maiestati sue naturali-  
ter debito tenemur. Iam & hoc manife-  
stum est agi hasce Tragœdias in miseri-  
buius Regni ruinam & exitium. Itaque  
patriæ mee caritas, Christiana pietas, et  
ciuium meorum, quos in bellorum ci-  
uiliuum,

YAPANG  
author

## PRAEFATIO.

silium, que detestando isto praetextu excitabuntur, flammis periclitaturos video, atq; etiam mei ipsius, qui eadem in domo sum, commiseratio, calcar addiderunt ut currente manu impijs istorum libellis responderem. veritus ne homines nostri seducerentur: seque, cum ad certamen res forte deuenierit, & conficta iura sua decidere armis isti volent, veritati & iustitia ignari opponerent. Electorem itaque Francum & Catholicum etiam atque etiam oro, Primum ut depositis affectibus omnibus, impositam sibi a Deo obligationem erga Regem Regiosq; Principes, secundum naturalem successionis, legibus Regni sancitum ordinem, oculos ponat; deinde in patriam, cuiusq; suos pietatem secum ipse reputet; tum consideret omnes nos homines esse, Christianos esse, Francos esse, & inditum cuique nostrum a natura, sui ipsius a morem: & si Tyrannorum iugo, quod nobis mendacibus suis & falsis titulis imponere volunt, colla submiserimus, ea-

B

## PRAEFATIO.

dem in nos cauteriata fide, eodem falso  
animo futuros, quo antea simplicitate a-  
butentes nostra, de genuinorum & na-  
turalium Dominorum nostrorum obe-  
dientia corruptos, nos ipsi mendaces &  
impostores subtraxerunt. Cum enim ir-  
risores Dei sint, sub cuius nomine nest-  
ria sua aggredi consilia, & omnium que  
unquam fuerunt maximè detestan-  
dam perfidiam palam facere ausi sunt,  
quid exspectare aliud ab ijs possumus,  
quam quod nobis, uti sperant, Turco  
modo dominaturi, & Satanicae inquisi-  
tionis tyrannicum iugum, Hispanico e-  
tiam durius & periculosius imposituri  
sunt? Omnes itaque alacres Regi nostro,  
Regisq; Principibus operam demus, quo-  
rum debemus causam sanguine tueri  
nostro, ut Reip. Itatu confirmato, libe-  
ri saltim nostri, sub miti naturalium  
Dominorum suorum imperio pacifice  
& quietè vivant: tanto Principibus  
suis, quibus & nos cari semper fuimus,  
futuri cariores, quanto insignior erit &  
altè


## PRAEFATIO.

*altè impressa fidelitatis nostræ memoria,  
qua, post admirandam Dei benignita-  
zem, ipsi in ea dignitate & fastigio con-  
seruati fuerint, in quo nasci eos, in  
hoc Regno, ad Regis Regum gloriam,*

*Deus voluerat: Cui laus &  
honor in æternum.*

AMEN.

B 2



PRÆCIPVORVM AVCTO-  
RVM QVORVM TESTIMONIA IN  
hac Apologia citantur,  
nomina.

A	Bbas Vrſpergenſis. Ado Viennenſis. Aegn. Agathias de bello Gothorū. Aimoinus. Alexander Martyr D. Ambroſius. Angeſ. Antonimus. Appianus. Aristoteles. Auentinus in Annal. Boior. Augustinus de Ancona do- ctor Sorbonicus. D. Augustinus. Baldus. Balæus in catalog. script. Angl. Benno de vit. Pontif. Blondus. Capitolimus. Casiodorus. Carolus Molinæus.	Chronica Chronicorum. D. Chrysostomus. Collenutius in hift. Neapol. Cromerus in hift. Polon. Decreta & Decretalia Pontificum. Demosthenes. Dion. Dionysius Halicarnaseus. Doctores Ciuiiles & Ceno- nistæ. Emundus Bulaxus. Euripides. Eusebius. Flodoardus. Fulgentius. Guguinus. Garibert in hift. Nauarre. Godefridus Viterbienſis. Godefridus Ardoim⁹ de ex- peditione in terram Sā- etam. Gratianus.
	Grego-	

Gregorius Turonensis.  
D. Gregorius.  
Guicciardini historia Italic.  
Guilielmus Ocham.  
Guil. de Mont. in tract. de  
successione Regni Franc.  
Hermannus: Contractus  
in Chron.  
Herodotus.  
D. Hieronymus.  
D. Hilarius.  
Hostiensis.  
Iacobus de Terano.  
Ioannes Andreas.  
Ignat. an Rex Franc. reco-  
gnoscatur superiorem.  
Illustrationes Galliae.  
Innocentius 3. Papa.  
Iohann. Magn. in historia  
Gothorum.  
Iohan de Teran.  
Iornandes de reb. Gothor.  
Irenaeus.  
Iſidorus.  
Iureconsulti.  
Iustinus.  
Iuenialis.  
Lex Salica.

Magister sententiayum.  
Martianus Siculus.  
Martinus Polonus.  
Massæus in Chron.  
Matthæus Zampinus.  
Molinæus.  
Munsterus.  
Nicephorus.  
Nicolaus Vignerius.  
Nicolaus Aegidius.  
Nicolaus de Vbald.  
Oldradus.  
Onuphrius.  
Optatus Muleuitanus.  
Osorius in hist. Lusitan.  
Otbo Frisingensis.  
Paulus Diaconus.  
P. Aemilius.  
Pausanias.  
Platina.  
Plinius iunior.  
Plutarchus.  
Polydorus Vergilius.  
Procopius.  
Regino.  
Renatus Chopinus.  
Richardus VVassenburgensis.  
Robertus Cenalis.

- |                               |                            |
|-------------------------------|----------------------------|
| Rozerius.                     | Tiraquellus.               |
| Sabellicus.                   | Titus Liuius.              |
| Sanctiones Pontificum iuris   | Trithemius.                |
| Orientalis.                   | Turpinus.                  |
| Sansouimus.                   | Valerius Maximus.          |
| Sigebertus.                   | Vgo Gemblacensis.          |
| Socrates in hist. Ecclesiast. | Vignerius de origine Fran- |
| Sosomenus.                    | corum.                     |
| Strabo.                       | Vincentius historicus.     |
| Suetonius.                    | VVitichindus.              |
| Tacitus.                      | Volumina Conciliorum.      |
| Tertullianus.                 | Xiphilinus.                |



## ERRATA SIC CORRIGITO.

Pag. 12. lin. 7. reponere, amplissimis, 29. l. 6. deficit  
te, l. vlt. quo suos, 23. lin. 15. Reges suos, 24. l. 10.  
pronior est, 25. l. 20. Lud. Huttinus, 28. l. 23. Hāno-  
niæ, 34. l. 3. retinens, l. 24. submersum, 37. l. 15. Le-  
mouicis, 38. l. 9. Caroli, 39. l. 4. in Cardinal. lin. 27.  
Ioannes Francisco, 45. l. 16. Cleuensi duci, 46. l. 9.  
adegit, l. 20. relata, l. 27. Romanorum, 48. l. 15. pro-  
hibentur, 49. l. 18. maturioris, 52. l. 1. inueniri, 56. l.  
9. nouo Cod. 57 l. 20. Monarchæ, 60. l. 16. in Israë-  
litæ, 68. l. 1. vi velimus, 72. l. 8. ab omni, 74. lin. 18.  
vindicant, l. 20. facile ius suum, 77. l. 14. ad quod  
vos nef. 78. l. vlt. & pen. 79. l. 1. & 2. & sang. ciuium  
fratr. vestr. effundendum vocatis, Satanæ tub. es-  
se, 93. l. pen. coegerint, 85. l. 24. Clodoueo, 90. l. 4.  
historias, 91. l. 7. Guntrammo, 94. l. 6. Dex, 17. cu-  
rulis, 95. l. 18. Turon. 97. l. 16. Pip. filio cum R. 22. eū  
ille nom. 100. l. pen. nimijs, 102. l. 19. Antoec. 110. l.  
12. quam cum, 113. l. 25. Montalbani, 118. l. 18. solitis  
ipsis, 128. l. 19. Carolus quintus, 129. l. 3. Politico  
& temp. 136. l. II. Dulcio, 138. l. 13. vitam æternam  
conf. 139. l. 25. Imperatores, 141. l. 12. idem ipsi, l. 21.  
a Deo secundum, 144. l. 3. Papæ, l. 15. Et Cat. 146.  
l. 6. qui aliam sent. amplectuntur, 152. l. 1. venena-  
tam, 154. l. 13. deturbandum, 160. l. 6. sita, 163. l. 21.  
Suidig. l. 24. prohibuisse, 164. l. 1. opponeret, 170.  
l. 2. gerit, 171. l. 12. Eleem. Iura, l. 17. & recuperan-  
das, 174. l. 7. monasterijs, 177. l. 16. iure & conf. 180.  
l. 19 patriam, l. 22. Regij Franc. 184. l. 13. in Regni  
successione, 186. l. 15. eorumque in illum, l. 6. Vul-  
tis illum, 192. l. 16. haberet, 193. lin. 17. ab Henrici,  
194. l. II. Sunam. l. 14. Se mei, 195. l. 4. celebratæ ca-  
pita quis ignorat? 166. l. 2. lucrum carat. 204. l. 18.

conque-

ēconqueri debere, 208. l. 6. excusans, 210. l. 24. vā  
ſtitatem & inn. 211. l. 7. factis tuis, 213. l. 17. domi-  
niorum, 214. l. 8. restitutorijs, 216. l. 5. affentatorū,  
223. l. 16. quæ vir, 227. l. 1. Car. Valesij filij: qui ipſe  
frat. l. pen. & vlt. Eburonic. 229. ad l. 24. adſcribe o-  
rēlibri Iud. 11. 26. p. 230. l. 6. Rex nost. & B. 238. l. 3.  
Simplice, 239. l. 4. Hæc eſt. 242. l. 5. liberi, 249. lin. 19.  
obierat, 250. & 251. lege vbiq; Lau trecto, 251. lin. 17.  
Rauennati, 255. l. 19. Aeacidæ, 256. lin. 19. familiæ  
ruinis, 259. l. 19. hunc dico. 260. l. 5. quanticunq;  
261. l. 17. sed nimis, 263. l. 17. separata & distincta,  
q. in ip. ſubſiſtente, 276. l. 21. ſimili in ſpecie, 277. l.  
25. nobis nat. 281. l. 8. exclūdeſtent. l. 14. Rob. Fra-  
cici D. Lud. 282. l. 18. hi ad pet. l. 26. quod si aliter,  
288. l. 3. maior natu. 209. l. 2. ſucceſſuis, 291. l. 1. ad  
ſecundum eius frat. 295. l. 4. præferatur, 299. l. 23.  
& nos præd. 300. l. 9. fundamentorum, 302. l. 22:  
vñanimiter.



## APOLOGIA

CATHOLICA,  
AD LIBELLOS, DECLARATIONES, CONSILIA,  
consultationes, ab coniuratis Francorum regni perturbatoribus, qui post  
Alençonij ducis, Regij fratriss vnicī, in  
pacem publicam insurrexerunt, sed  
ditiosè compositas, conscri-  
ptas & diuulgatas.

## CAPITIS PRIMI Summatum.

1. Causæ turbarum huius regni.
2. Lotharingorum genealogia, auctore Emundo Boulayo.
3. Familiae Lotharingicæ origo, à Comitibus Louanij.
4. Lex Salica, in Lotharingiæ ducatu, locum non habet.
5. Callidæ seditionum nostrorum artes.
6. De viui regis successione querere, Concilia prohibent.
7. Regnum Franciæ successuum est, non autem

A

*hæreditarium.*

Proximus agnatus, quocunq; gradu sit, ad suc-  
cessionem vocatur.

8. Successiva regna, electiuis præstant.

9. D. Ludouicus, vtriusq; familie, Francice &  
Borbonie, stirps communis.

Philippus Audax D. Ludouici filiorū primus.

10. Robertus eiusdem D. Ludo. filiorū secundus.

Robertus, familie Borbonie heredem, uxo-  
rem dicit.

Borbonij nominis causa, & terra Borbonia  
aucta ducatus titulo.

Comitatus Delphinus Aruerniae, Borbonij  
adiungitur.

11. Familie Sabaudæ cum Borbonia affinitas.

12. Indignationis Caroli Borbonij causa.

Baronia Mercurij est e Borbonia familia.

Montpenserium ornatur Ducatus titulo.

13. Comitatus Vindocinus & Castrensis, & Co-  
densis principatus, aliisque ad Borbonios  
perueniunt.

14. Prima Borbonie familie cum Navarrense  
affinitas.

Iacobus Borbonius, Rex Neapolis.

Nomorensis ducatus origo.

15. Familie Boloniensis cum Borbonia affinitas.

16. Vindocini ducatus & perrie institutio.

Antonia Borbonia, Guisij uxoris.

## I.



I quorūdam hominum, qui  
in amplissimis regni huius  
dignitatibus, opibusq; ma-  
ximis, & summa gratia na-  
ti, ait, educati sunt, ambitiosa consilia  
bene & sapienter considerauerimus, i-  
psò meridie clarius nobis elucesceret,  
eos esse persimiles viperis, quas mater-  
na per rumpentes latera, parentem oc-  
cidere, veteres prodiderunt. Malitio-  
se quippe conātur, ciuilibus in hoc re-  
gno bellis, annos abhinc vigintiquin-  
que, excitatis, eius ad se imperium tra-  
here: veros Francos, scelestis artibus,  
ab ea quam principibus suis debent,  
obligatione, & naturali pietate, sedu-  
cere. Etenim certum est, quomodo pe-  
rennis aquæ cursus, perennes fluuios  
efficit, ita cōtinuis ciuilibus bellis sub-  
ditorum à principibus semel alienatos  
animos vix vnquam subfistere. Attamē  
ita excæcati, ita incogitantes, ita le-  
ues sumus, ut cernere tāto tempore &

diiudicare morbum nostrum non potuerimus: cùm interim affligimur, miseri, illorum ambitione, quorum ex parte totus orbis cupiditatem non possit: quique ea, quæ certa habet, opes, quietem, vitam, in incertum adducant temerè: scilicet ut eo potiantur imperio, quod absque incredibili sanguinis innocentis effusione, & certissima patriæ ruina sperare non possunt.

Inuitasse videtur eos ad perniciosa ista consilia, temporum nostrorum, ob religionis discidia: miserabilis conditio. Plerosque videt, è genuinis nostris Principibus, eam tueri pattem, quæ populo nostrati minus grata sit; Principibus autem exteris, etiā odiosa, in quorum illi armis & potentia spē posuere.

Sed ut faciliorē sibi ad ea, quæ iam dudum animo cōceperunt, ascensum redderent, varios cōscribi & cedi libros, qui passim exstant, paucis abhinc annis, curauerunt, Lotharingiæ principū descriptas genealogias continent: (hos enim, si quo modo fieri possit, huic immiscere controversiæ cupiunt) scilicet, impudenter persuasuri populo, Reges & principes nostros, legitimos

mos non esse huius regni successores,  
sed imperium usurpatæ tyrannicè, an-  
tiqua illa familia deturbata, à qua Lo-  
tharingiæ ducum originem repetere  
conantur: nempe ut eos habeat, impiæ  
coniurationis non participes tantum,  
sed etiam principes.

Sed prudentiæ & iusticiæ laudem,  
Lotharingi principes ita studiosè ha-  
stenus affectarunt, vt falsis istis argu-  
mentis persuaderi se & abduci haud fa-  
cile passuri sint. Et certè Lotharingicæ  
familiæ summum esset & perpetuum  
dedecus, insi gnem serpentis illius in-  
gratitudinem imitari: qui, vt est in fa-  
bulis, rusticum à quo, pænè emortuus  
frigore, in ædes receptus, & admotus  
igni, atque ita vitæ redditus fuerat, do-  
mo pellere tentabat. Sed vt tanrū sce-  
lus nunquam eos animo agitauisse do-  
ceam; atque etiam vt appareat crassam  
esse nimis, & manifestam imposturam,  
velle eorum ad Carolum Magnum ori-  
ginem referre, vt ar vñico testimonio li-  
bri anno 1549. opera eorum, ab Emun-  
do Boulayo, eorundem fæciali prima-  
rio, publicati. Vult, cum vulgo, Carolū  
Lotharingū, quo maximè seditiosi no-

stri gloriantur, Lotharij Francorum regis fratrem, è Caroli Magni stirpe ultimum, filium Othonem reliquisse, Lotharingiæ Ducem: decessit autem hic Otho, sine liberis, atque ita, defecit, in eo, mascula Caroli Magni proles. Adit tamen idem auctor, successisse Godofredum Barbatum, Arduennæ comitem, cognatum eius: quod si Othoni Godofredushic, cognatus fuit, fuit per filiam supradicti Caroli, nuptam Lamberti comiti Bergensi, sive mauis, Mortensi, qui & Sacri Imperij Marchio, & comes Brabantiae fuit. Igitur, ex lege Salica, ad huius regni successionē inceptus. Ideoq: Benedictus octauus Pontifex, cùm anno 1023. Ticini vnà cum Henrico secundo Imperatore, & Roberto Hugonis Capeti filio, esset, iam commemoratum Robertum, coronæ Francorum legitimum Regem & dominum declarauit. Idem præterea auctor fatari cogitur, & huius ipsius Godofredi lineam masculinam, postea defecisse, & ad Idam, Eustachij Boloniæ maritimæ comitis, coniugem, deuenisse: quorum Idæ & Eustachij filius, Godofredus Bulionius, Rex Hierosolymorum,

morum, auunculo Godofredo Gibbo-  
so in Lotharingia successerit. Huius li-  
beros masculos, continua serie, idem  
auctor persequitur, vsque ad Isabellam  
heredem & filiam vnicam Caroli du-  
cis Lotharingiæ, quæ anno 1418. Rena-  
to Audegauësi nupserit, Regis Franciæ  
Ioannis nepoti. Itaque, doméstico ipso-  
rum testimonio, hæc tertia est femina,  
Lotharingiæ heres, ab Othono illo, qui  
Caroli Francici filius fertur: quarum v-  
na, quāuis ab Carolo Magno maiores  
eius, per mares descenderent, ipsis re-  
gia successione excludendis, satis fue-  
rit. Quod autem ad Andegauensem fa-  
miliam attinet, cuius origo Regia est,  
matrimonio Renati & Isabellæ insitâ  
Lotharingicæ, idem ille auctor fatetur  
defecisse in Nicolao Marchione Ponti,  
Ioannis secundo filio qui anno 1473.  
obierit, eiisque successisse sororem Iol-  
landam, Ferrandi Vaudemontij vxorē,  
qui veteris stirpis Lotharingicæ erat  
minor natu filius, nempe Antonij, qui  
ipse alterius Ferrandi filius, frater erat  
Caroli Isabellæ patris.

Lubet addere, ex historica veritate,  
eam, quæ hodie est, familiâ Lotharin-

8 APOLoGIA CATHOL.

gicam, non tantum non esse è Caroli Magni stirpe, seu masculina illa, seu feminina; sed adeò recessisse, ut iam ab ilia Caroli stirpe, ducatus Lotharingiae possessio, in quartā deuenerit aut quin tam alienam familiam. Prima fuit Arduennæ Comitum, cùm Othonem mor-

*Sigeber. sub  
anno 1005.*

tuo, Caroli Francisci filio, Henricus secundus Imperator ann. 1005. Lotharingiam dedit Godofredo, Godofredi Arduennæ comitis filio, cuius deinde opera contra Frisones usus est, à quibus captus, paulo post sine liberis obiit. Huic frater Gothelo succedit ann. millesimo decimo nono. Roberti Regis Francorum tempore. Inde anno 1033. Conradus Imper. Gotheloni Mosella-

*Sigebr. duce  
vocat.*

nam dedit, morte Friderici comitis vacantem, atque ita Gothelonis opes in Lotharingia creuere. Duxit contra hūc Gothelonem, Odo Campaniæ comes, & Barum castrum occupauit: conseruo prælio, Odo perimitur. Gotheloni filius fuit Godofredus, qui cùm ei Henricus Imper. ducatum Mosellanorum denegasset, Lotharingię quoque duatu repudiato, anno 1044. contra Imperatorem arma sumvit: captus, dato ob-

*anno 1037.*

sive

## CAPUT PRIMVM.

si de filio, liberatur: quo mortuo, iterū  
 rebellat, adiuncto sibi comite Flandrię  
 Balduino. Interfecit hic Godofredus, <sup>Sigeb. sub</sup>  
 Albertum, qui negatum sibi, Mosella- <sup>ann. 1048.</sup>  
 norum ducatum ab Imper. acceperat:  
 quo facinore commotus Imp. Euerar- <sup>Gerardum</sup>  
 do ab Alsatia, Mosellanam, Friderico,  
 Balduini Flandrici auūculo, Lotharin-  
 giam dedit. Godofredus vndique pres-  
 sus, in Italiam transit, & Bonifacij Mar-  
 chionis filiam vxorem duxit: breui ta-  
 men, iussu Imp. Longobardia pellitur, <sup>anno. 1503</sup>  
 Redit igitur in Flandriam, & iunctis <sup>anno. 1055.</sup>  
 cum Balduino viribus, Antuerpiæ Fri-  
 dericum obsider, qui concurrentibus  
 Lotharingis, obsidione liberatur. Fra-  
 trem habebat Godofredus, Fridericū,  
 Gothelonis filium, qui reuersus Con-  
 stantinopoli, monachum in mōte Caf-  
 sino professus est: pontifex deinde  
 Rom. 157. factus, Stephani nomen acce-  
 pit, Henrici Francorum regis tempore.  
 Friderico Flandrico, qui Lotharingiæ  
 ducatu donatus fuerat, mortuo, Eue-  
 rardus Alsatus dux Lotharingiæ factus  
 est. Vtroque autem Godofredo & Eue-  
 rardo mortuo, Deodoricus, Euerardi  
 filius, Mosellanā ab Imperatore acce-

50 APOLOGIA CATHOL.

pit, anno 1070. & Godofredus Gibbosus, Godofredi illius filius, in Lotharingiam restitutus est. Hic Frifones bello aggressus, pñne ad interencionem dedit; tandem à Richario cæsus occubitus.

anno 1076.

Eius morte, anno 1089, in secundam familiam, Lotharingia deuenit, per Idam Godofredi sororem, Eustachij Boloniensis comitis vxorem: eius enim ex

*Sigeb. in Chron. Her. man. contr. in chron.* Eustachio liberi, Lotharingiæ duces fuere, Godofredus nempe Bullionius (cui cognomen ab arce Bullionia, in qua fuerat educatus, quæ hodie Leodensis est Episcopi) & frater Balduinus. Cum hi in terra Sancta, cuius ad eos regnum, Godofredi electione, peruenierat, sedes fixissent, Henricus 4. Imp. anno 1101. Lotharingiæ ducatum, Henrico Comiti Lemburgensi, dedit, qui secum, post rebellionem, in gratiâ redierat. Et certè, erat hic Henricus homo nequam: nam, ut cetera eius flagitia tacetam innumera, bellū inter patrem & filium Henricos, quartum & quintum, instigantibus, qui tunc temporis erât, Pontificibus, impium excitauit. Dona uerat eum Ducatu pater: filij tamē partes sequebatur: à filio deinde ad patrem transiit,

transiit, patre mortuo à filio cùm pedibus eius aduolutus, veniam supplex peteret, in carcerem coniectus est: Ducatus eius, anno 1106. datus est Godofredo, quem alij Guilielmum vocant, comiti Louanij: huius opera ei ad Mótefalconem capiendum, cuius Dominus viuebat insolenter, vsui fuerat. Ab hoc Louanij comite originem dicit Sigeb. ibid.  
hodierna Lotharingica familia. Succel Mjst. in cos-  
fit enim ei Thideric⁹, Thiderico The- mog. Säson.  
obaldus, Theobaldo Matthæus qui- in Chron.  
dam, & ita deinceps ad Isabellam vsq;  
Renati Andegauensis vxorem. Itaque Vign. de o-  
qui in familia Lotharingica Caroli Ma- rig. Franc.  
gni posteritatem quærunt, nē illi impudentes sunt & ridiculi, cùm annis ab hinc 580. deleta penit⁹ sit, & ab ea, quatuor diuersæ familie Lotharingiam tenuerint. Ex postrema, è natu minorib.  
vnus, eorum qui hodie viuunt Guisæ & Mainæ ducum, unus, ab opibus haut certè multum instructus, in Franciam venit: ubi & ipse & eius posteri, regum nostrorum Francisci primi, Henrici secundi & ceterorum liberalitate ita locupletati sunt, ut ad decies cétena, flor. tenorum nostratiū, millia, redditus an-

nui, eorum facultates in hoc regno creverint: cum Claudio ille, auus horum, sola quatuordecim, aut fortasse quindecim millia in reditu haberet, tum, cum Antoniam Borboniam, Vindocini duces filiam, vxorem duceret: dignitatibus, præterea in hoc regno amplissimis, veluti aulæ præfectura, (quæ antea Momoranciorum erat) atque alijs communibus, aucti & honestati. Ita ut vix credibile sit, naturam eos mulorum imitari velle, quos aiunt matrem, postquam eius lacte exsaturati sunt, calcib. petere; & ingenio esse tam ingratu, ut contra Regiam familiam, cui quicquid sunt, acceptum referre debent, arma sumant impia, falsissima & ab veritate maximè abhorrente opinione fascinanti, oriūdos se à Carolo Magno, scilicet.

I. v. Nā & hoc sufficerit, ut vincamus Lotharingicos principes è Francica familia fuisse nunquam: nempe in Lotharingiæ ducatus successione, legem Salicam locum non habere: ut in concilio Basiliensi, patres olim iudicauerūt, pro Isabella Lotharinga, Renati Andegauensis uxore, Caroli Lotharingi filia, cōtra patruelē eius Anthonium, Lo-

tharingum, Ferrandi filium, Caroli fratrem natu minorem. Itaq; apparet publica sententia patres illos declarasse, Principes Lotharingos Francos non esse, neq; Regij Francorum sanguinis, adeoq; ad hoc regnum capiēdum ineptos, pro quo & in cuius successione Lex Salica ab Pharamundo vsque, reli giosissimè semper obseruata fuerit. Legge autem Salica non filiæ tantum, sed etiam ex filiabus descendentes masculi, ab regni successione remouetur. Ita enim legis verba habent. DE TERRA lib. xx. 62.  
SALICA IN MVPLIEREM NVLLA leg. Salic.  
PORTIO HEREDITATIS TRAN-  
SIT: SED HOC VIRILIS SEXVS  
ACQVIRIT. Pulcerrimè huius consti-  
tutionis, ratio est, quod exterorum do-  
minationē maiores nostri summo sem-  
per odio prosequuti sint: quam, absq;  
dubio, se penumero incurrisse, si Frā-  
ciæ filiarum, Principibus exteris nu-  
prarum, filij, habitu fuissent ad succe-  
dendum idonei: vti conantur hodiè  
quidam Lotharingis persuadere, pari  
scelere atque olim Edoardo Anglo, cō-  
tra quem, Isabellæ filium, Philippi Pul-  
cri nepotem, causa sollemni iudicio

examinata, pro Philippo Valeſio, pau-  
lo poſt rege totius Regni ordines pro-  
nunciarunt: cum Philippi cauſam Ro-  
bertus Atrebas egiffet, & modò cōme-  
moratam rationem adduxiffet, origi-  
nem legis, ante ipsius Iustiniani tem-

*Paulus Ae-*

*mil. in Phil.*

*Val.*

pora reperens. Paulus Aemilius popu-  
li Francici lætitiam, à lata ſentētia, in-  
credibilem describens, Rex, inquit, vrbē  
Regiam ſub ſacra vmbella intrans, excipitur le-  
tis fauſtisq; ominiibus, plauſuq; omni ordine, o-  
mini ætate proſperum fælicem ingressum appre-  
cante: Vijs (ut tempus anni ferebat) flore multo,  
festa fronde, virēte herba ſtratis. Nulla, inquit,  
læticiae ſpecies, nullum dignitatis exemplum non  
excogitatum, nō adhibitum. Addit præterea  
ſplendido conuiuio, cum regijs princi-  
piis, & procerib. regni exceptum Re-  
gem:claris eum vocibus & laudibus in-  
cælum euectum, tanquam vindicem Maie-  
ſtatis Francicæ, legis Salicæ aſſertorem, qua vna,  
dignitas, libertasq; Francici nominis conſtareret:  
ne alienigenarum imperio, ne exterorum ditione  
teneri poſſent Franci, ceteris gentibus Reges, le-  
gesq; dare ſoliti. Narrationem tandem ita  
cōcludit ut dicat noctis tenebras, igni-  
bus in areis plateisq; ue, indicibus læ-  
titiae publicæ, accenſis, iuſtratas:cho-  
reis

## CAPUT PRIMVM.

17

reis virginum iuuenumq; symphoniam  
alijsque honestis oblationibus con-  
sumptas horas, dicatas somno. Parisijs  
imprimis cateruatum incedebat ciues,  
sibi iuicem de Regis aduentu cōgra-  
tulantes, quem legum pulcerrimæ cō-  
seruatorum prædicabant. Non erant  
veteres illi patres adulterini Fraci, qua-  
les sunt hodie, heu, nimium multi: ne-  
que certè artes conquisiuerint aut ra-  
tiones emendicassent, quibus sanctissi-  
mam hanc legem, vnicū Franciæ no-  
stræ oraculum, vnicum dignitatis Frá-  
corum propugnaculum, tollerent. Igi-  
tur ea cùm nunquam Lotharingi prin-  
cipes vñ sint, certissimum est à Francis  
nostris ortos nō esse, qui eam, in admi-  
nistrazione regni, studiofissimè semper  
vsurparint atque coluerint.

Impostores itaque nostri, leuiterni. v.  
mis & incogitanter iactum hoc causæ  
suæ fundamentū considerantes, quod  
& ipsos Lotharingos principes, (quos  
in cōsiliorum suorum societatem per-  
trahere conantur) regi reddere odio-  
sos posset, & libellorum istorū aucto-  
res, tāquam Iesæ Maiestatis reos, (qui-  
bus regia Maiestas, iusta ira percita, &

nullo negotio, & celeriter manus ini-  
cere posse) miserè perdere: via ista re-  
pudiata, miseros illos, qui magno vitæ  
suæ periculo, mendacia ista spaserat,  
deseruerunt. Nihilominus consilium  
suum repetentes, à morte illustrissimi  
Ducis, maiestatis Regiæ fratris vnici,  
sibi ipsis stolidè persuaserunt, & Regem  
ipsum aliquando fine liberis decessu-  
rum. Itaque rebus suis, longè antè pro-  
spicientes, adiungere sibi principem, è  
primis sanguinis Regij, Borbonia fa-  
milia oriundum, conati sunt: (ad quam  
solā, regni huius legitima & iusta suc-  
cessio pertinet, si quod abominor, De  
peccatis nostris irritatus, optimum Re-  
gem nobis, nulla ex se mascula prole  
relicta, eripuerit.) eiique persuadere té-  
tarunt, proximum eum esse & legitim-  
um regni successorem, idque iam al-  
ta voce publicandum & rationibus ad-  
ditis proclamandum.

*v i.* Sed peccant in Regem utriusque gra-  
uissime, de eius successione viuo ipso  
& spirante disputantes, frustra, si quod  
speramus, Dens eum herede filio auxe-  
rit. Imo, impijs istis quæstionibus, in  
vitam eius conspirasse videntur: quod  
quid,

quid, obsecro, aliud est, quam in natu-  
ra ipsam insurgere? bonos mores cor-  
rumpere? pietatem Christianam, atq;  
eam quam Regi nostro debemus cari-  
tatem violare? cum ei, vt pote Regi &  
domino nostro, bene dicere, bene pre-  
cari, bene ominari debeamus. Nigram  
itaque illam diem & luctuosam expe-  
ctare, peccare est contra & ciuiles om-  
nes & naturales leges. Neque certe, di-  
sputationem de regia successione, co-  
tra regis ipsius voluntatem, ipso rege  
viuo institutam, vñquam viri boni pro-  
bauerunt: imò illicitam, quandiu saluū  
Regem conseruare Deo lubitum fue-  
rit, putauerunt. Ideo decreto quin-  
ti Toletani concilij, circa annum 622.  
Honori primi tempore, Heraclio im-  
perante, & Chintillo Hispaniae Rege,  
celebrati, excommunicatione feriun-  
tu omnes qui, mortuo Rege, quis im-  
peraturus esset, inquirerent. Decreti  
verba sunt, Ergo quia & religioni inimicum Cap. 4.  
& hominibus constat esse perniciosum futura il-  
licitè cogitare, & casus principum exquirere, ac  
sibi in posterum prouidere, cum scriptum sit, Nō  
est vestrum nosse momenta vel tempora quæ pa-  
ter posuit in sua potestate: hoc decreto censemus,

ut quisquis inuentus fuerit talia perquisisse, & vi-  
uente principe, in alium attēdisse, pro futura re-  
gnisſe, aut alios in ſe propter id attraxiſſe, à cō-  
uentu Catholicorum cum excomunicationis ſen-  
tentiā expellatur. Quod iplum decretum  
ſequenti ſexto concilio confirmatum  
eſt, adiecto valido & eleganti argumē-  
to. Iniquum & valde execrabile Christianis ha-  
beri debere, futuri temporis illicitis proſpicere,  
& vītē ſue ignaros, ventura diſponere. Quare  
curioſis hiſ diſputationibus, homines  
iſti, qui & boni publici & religionis  
Christianæ ſtudiosi imprimis zelato-  
res haberi volunt, in Deum & ſanctā  
eius Eccleſiam, grauiter peccant.

Cæterū, cogitet bonus ille Prin-  
ceps, quo abuti tamquam ſceleris ſui  
propugnaculo, conātur, in iphiuſmet,  
familiæque ſuę ruinam altercationes  
has iſtitui: ut separatis & diſunctiſ  
familiæ viribus, vtrique parti facio-  
niſ huius auſtores, graue iugum impo-  
nat; vna deleta, vires alterius facile diſ-  
ſipatur. Quin ita ſit, Ecce inter impu-  
dentes libelli illius, qui occulte inter  
nos ſpargitur, propositioñes, hanc om̄  
nium longe certè impudentiſſimam,  
iſſerere auiſi ſunt. Nullum e principib.  
fami-

familiae Borboniae, (& Cardinalem ipsum quem tamē, tamquam clypeum, causæ suæ prætendunt, expressè designantes) ad Regni Francici successiōnem aptum esse, quia infra decimum Regiæ agnationis gradum sint: ad quē usque, legibus ciuilibus hereditates & successiones proximo deferantur: vlt̄ tra eum neminem admitti, sed ad fiscū hereditatem vacantem pertinere; qui, hoc casu, esset, Ordinum & Parium Franciæ, ad noui Regis electionē, conuentus. Sed dolo malo, scientes, errāt. Nam Regni Francici titulus non est hereditarius simpliciter patrimonialis aut feudalis, neque simplicis hereditatis iure defertur; sed familiæ Regiæ R- ximus vocatur, successione & subroga tione perpetua, seruato, in infinitum, consanguinitatis aut agnationis ordine: quāuis is, qui vocatur, propriorum Regis defuncti bonorum heres, neque sit, neq; esse possit. Et certè Regni ius, non hereditarium est, vt Doctores nostri dicunt, sed familiæ proprium est, etiam si ex ea nemo defuncti heres esse possit. Itaque Baldus & qui de successione huius regni scripsierunt alij, vo-

§. ceterum, de legit. agn. succ.

§. fin. de succ.

cogn. l. octau. ff. vnd. cogn.

l. familiaria.

ff. derelig. linea

sepulcri. C. cod.

Ign. in disp. an.

Rex Franc. su-

per. Molin. in

conf. Paris. ti. I.

§. 8. Bal. in. §.

vinc. de feud.

March. Iohan;

de Toran. in li.

cont. reb. reg.

Tract. I. art. I.

conc. 9. 10. 11.

§. 12. Civil. de

Mont. in tract;

de succ. reg.

lunt proximum agnatum, etiam si millesimo gradu sit, in eo succedere idque iure sanguinis ex perpetua Regni consuetudine: & exemplum familiam Bonam adducunt, quæ ea quæ nunc Regnum tenet, definitio, sola sit & vna Regni heres.

Adde, ut ad rem reuertamur, quod quæcunque pro supradicto, aut aliquo quis Principe, ( Nauarrenum Regem excipio ) afferuntur, tam sunt absurdæ & inepta, ut facile iudicare quilibet possit, qui ea proponunt, publicè, Regni huius quietis turbatores legumq; euersores esse; priuatim, familiæ Regiae, in primis autem predicti Cardinales, infensissimos hostes: Eū enim præcipue, in hanc causam, rāquam plagas, attrahere nituntur, ut eum, apud posteros hac nota, insignem faciant. Principem magnum, sapientia & prudenter præstantem, Ecclesiæ à puero dicatum, senecta erare, nullo iure, nulla iusta causa impulsum, in consanguineos & propinquos suos arma sumpsisse, hominum familiæ suæ inimicis superiorum partibus non adfuisse tantum, sed etiam præfuisse, quò suo facilius & expeditius.

expeditius, florentissimo & amplissimo regno spoliarent, quod ipsis (nisi Regi nostro Deus masculam subolem concederet) natura ipsa & lex Regni deferret.

Sed, ut quod volo, apertius, intelligatur, dicam quod res est: Regnum hoc Francorum, de quo querimus, eorum omnium iudicio qui Imperiorum & Rerum publicarum administrationes diligenter notauerunt, optimè & sapiētissime conditum, compactum & constitutū fuisse: suisq; legibus atq; ciuib. institutis, quam alia vlla quantumuis antiqua aut potes Monarchia, diutius conseruatū. Mille simus certe & ducentesimus annus præteriit, ex quo eisdē semper legibus, eadē Reip. forma, sub augusta Regū maiestate, gubernamur: & postrema hæc familia, iam 600. ferme annos absq; controuersia, imperat. Inter pulcherrimas autem, quibus hoc Regnum maximè nititur, constitutiones, memorabilis est hæc imprimis, qua Regni successio ex lege Salica, defuncti Successione Regis agnato proximo defertur. Reges electioni enim nostri, cum suos sibi successuros prestat. sciant, in tuendo & conseruando Impe-

rio, tanquam sibi suisque proprio, diligentiores fore præsumuntur. Regni præterea successores in maiestate illanati, educati, instituti, ab ipsis incububulis assueti imperio, in Tyrannos haut facile degenerant. Maiorum autem suorum gloriam virtutem, maiestatem animo recolentes, iustitiam, fortitudinem, animi magnitudinem, tanquam successionis portionem præcipuam amplectuntur. Iam subditi, in quorum oculis ipsi nati sunt Principes & educati, Principum suorum ingenia nouerunt melius, & tanquam ad huius Regni imperium natis, obediunt alacrius, quam recenti eleccione, ad imperij fastigium euentis, quos pares sibi, nulla auctoritate aut potentia præcipuos, meminerunt.

Nihil itaque absolutum & perfectum magis, quam id quod ad natum ipsam, diuinum exemplar, accedit quam proxime: quæ continua ista successione, qua patrem filius excipit: immortalitatem assecuta quodammodo videri possit. Si quoque qui inter subditos opibus & potencia præstant, in officio facile continetur

nentur, debitamque Principi obedientiam reddunt, cum cogitant, quamdiu è Regia familia vel unus supersit, frustra se de Regno cogitare, & si quid contra officium, in Regem aur Regnum tentauerint, tot sibi Regiae Maiestatis vindices, oppositos esse, quot Principis agnati supersint. Ec hanc esse causam arbitror, quod in Francia nostra, quæ Regiam successiōnem diligentissimè semper obseruauit, nullus vñquam fuit, aut fuisse legitur, qui in Regem moliri aliquid, aut tentare ausus fit: siue id naturali & perpetuo subditorum in Reges suo amori tribuas, cuius hactenus supra omnes Europæ nationes palmam ferunt; siue quod nunquam propinquis & agnatis destirui Regem Deus voluit, qui audacium conspiratorum scelus meritò punirent. Cū igitur, à nemine, in hoc Regno, Regia ista successio in dubium vocetur: præsumptione quadam, & naturali instinctu subditis quis Rex ipsis futur⁹ sit, intelligūt. Hodie itaque de successione disputare, & de re nō dubia, quærere, quid aliud est quam iustum Regino nostro suspicionis

causam præbere, esse in Regno suo ali-  
quos, qui improba cupiditate dusti, lo-  
cum eius ambiant, eoq; morte eius ex-  
pectent & exoptent? Sed quia eò pro-  
cessit audax hominum impudentia, ut  
prauum animū explicare & oculis om-  
nium subiicere non erubescat: quia e-  
tiam vulgò tribuēdum aliquid est, qui  
aliás ad falsa quælibet amplectenda, q̄  
ad vera sequenda promior est, antequa  
cætera exsequar, & præcipuis seditioni  
illius libelli capitibus respondeā, quo  
hoc aguntvt probent, mortuo Christia-  
niissimo Rege absque masculis liberis,  
non Regem Nanarræ, sed Cardinalem  
Borbonium eius patruum aut, ut men-  
tem ipsorum apertius declarem, eoru  
neutrum legitimum regem futurum,  
sed nouum Principem electione quæ-  
rendum, & nominandum. Antequam  
igitur, ad illa respondeam, palam ex a-  
nimi mei sententia profiteor, me sub-  
stitutionis, quam isti proferunt & spe-  
rat, tempus non optare, imo ex animo  
abominari; Regiq;, supremo meo Do-  
mino, lōgam precari & felicem vitam,  
sobolemq; Regni successioni idoneā,  
quæ stellarum adæquet infinitam mul-  
titudinem.

titudinem. Amen.

Iam, ut ad rem ipsam & Francorum <sup>1 x.</sup>  
Regni successionem aggrediar, dirigá  
primum orationem ad eos, qui in histo-  
ria parum versati, hoc tantum, à patrib.  
acceptum, tenent: Borboniam familiā,  
à Regib. nostris ortam esse: ideoq; pos-  
se eius familię Principes, cùm Deo vi-  
sum fuerit, Lege successionis huius re-  
gni, ad Regnum peruenire. Ad hos me-  
itaque plebeos & simplices homines  
conuertēs, dico notum esse omnibus,  
Ludouicum nonum, qui canonizatus,  
Sæctorum numerum auxit, duos filios  
habuisse: Eorum natu maior Philippus  
Audax, ijs qui nobis hodie imperante  
Regibus, originem dedit: habuit enim  
& ipse filios duos, maior Philippus Pul-  
cer, patri successit, & inde tres eius fi-  
lii, Ludouicus Hutrinus, Philippus  
Longus, & Carolus Pulcer, ordine re-  
gnum suscepérunt. Minori Carolo, co-  
miti Valesiae, filius fuit Philippus Vale-  
sius, qui patrue li suo Carolo Pulcro, in  
regnum successit. Hunc Philippū Ioá-  
nes filius excepit, Ioannem Carolus  
quintus filius Sapiēs cognominatus.  
Carolo duo filii fuere, natu maior Caro-

Ius sextus, Rex, quē ordine subsequenti sunt, Carolus 7. Ludouicus undecimus, & Carolus 8. filius, nepos, & propinquus. Minor natu Ludouicus Dux Aurelianensis, ex Valentina Mediolanensi duos suscepit filios, Carolum, maiorem, eius Ludouici patrem, qui Rex, Carolo octavo patruelē sine libe-  
ris defuncto, factus, duodecimus dicitur est: & Ioannem Comitem Eng-  
lisensem, Caroli Comitis patrem, a-  
uum Francisci primi, qui à Ludouico  
duodecimo agnationis iure, regnum  
accepit; erat enim Franciscus Ludouici  
Regis patruelē, natus. Huius Francisci  
nepos est Héricus 3. Rex qui hodie  
Regnum tenet, natus Henrico secundo,  
Francisci primi filio. Nōdum itaq;  
defecit Philippi Audacis, D. Ludouici Re-  
gis filij maioris, familia. Et mentiūtur,  
familiae Borboniae hostes, impudenter  
dum in vulgus spargunt, Regis Francisci  
primi in Carolum Borbonium, qui  
Romæ obiit, indignationē inde ortā,  
quod sibi Carolus ius in Francicum  
Regnum tribueret: cumque idem ce-  
teri deinceps eius familię Principes fa-  
cerent, tumultus ciuiles & intestina in  
hoc

hoc Regno bella excitata, Fráculo se-  
cundo & Carolo nono Regibus, huius  
nostrí Regis fratrib. in minore etate cō-  
stitutis. Impudentissimè excogitata fa-  
bula, ad plebis odiū in Principes Bor-  
bonios cōcitandū: cūm neminē lateat,  
Borbonijs Principib. fidelitate in Re-  
ges nostros nihil fuisse vñquam anti-  
quius: q eos legitimos & summos Do-  
minos suos semper agnouerint, & hoc  
nomine obediētiam ijs & seruitutem  
debitam religiosè præstiterint: digni à  
Deo hoc honore habiti, qui eiusdem  
stirpis cum Regibus nostris essent, ea-  
demque gentis haberent insignia: hac  
sola differentia, quod à natu maiore  
filio, Reges nostri, à minore Borbonij  
originem trahant.

Minor autem D. Ludouici Regis fi- x, de primis  
lius fuit Robertus Francicus, qui à pa- manus regis lodo  
tre, Claromontanum Comitatū, in di- med y pia et reg  
tione Bellouacensi, accepit. Duxit hic filia uxor regis  
Robertus vxoré Beatricē, Archabaldī regis quondam  
Borbonij filiā & heredem, ex qua filiū  
suscepit Ludouicum, qui patrī in Cla- regis nomen  
romontano Comitatu successit, eaque  
ratione Comes etiam Marchiæ fuit:  
Præterea in ius maternū veniens bona

etiam Archambaldi Borbonij cepit, in quibus erat dominium Borbonij, tam latè patens, vt à Philippo Valesio, regnum ineunte, anno 1327. titulo Ducus augeretur. Nomen itaque & titulu Ducis Borbonij sumpsit, & posteris trásmisit. Ludouico duo fuere filij, qui stirpem hanc in duos veluti ramos divisere, Petrus & Iacobus. Petri posteritas mascula penitus defecit: enumera- bimus tamen breuiter, ortos eo Principes; dein ad Iacobum natu minorem reuerremur, à quo Vindocina familia, eorumqui hodie supersunt, Borbonio- sum Principum origo.

Petrus Borbonius, stirpis maximus, Ioannis Regis tépore, magnæ opinio- nis & auctoritatis fuit. Filias plures habuit: earum vna forma adeò fuit ex- cellenti, vt eam Carolus quintus Rex vxorem duceret, neglecta Marguarita Fládrica, trium opulentissimorum co- mitatum, Flandriæ, Arthesiæ, Harmo- niæ herede, quam fratri suo, Burgun- diæ duci Philippo Audaci, vxorem de- dit. Secundam Petri filiam, Blancam, Castellæ Rex vxorem habuit. Tertiam Sabaudiæ dux, quartam, Catharinam, Comes

Comes de Harcourt. Filiū habuit Ludouicum, magni nominis, tam sub fine regni Caroli quinti, quam sub initium Caroli sexti, cui & fratri eius Ludouico Duci Aurelianensi, tutor cum Burgundiæ Duce, pupillorum patruo, datus est. Fuit hic Ludouicus Borbonius, Caroli sexti tempore, dux exercitus, contra Turcos, in Africam missi. Vxorē habuit Annam Delphinam, à qua, Delphinatus Aruerniæ, terra Combrallen sis, & Mercurij dominium in Aruernia, ad familiam Borboniam peruenierunt. Filium ex ea suscepit Ioannem, cui vxor fuit Maria Biturigum Ducis filia. Ducatus Aruerniæ huic, cù Borboniēsi, & comitatu Claromontano, datus est.

In hoc Ioanne, ramus hic stirpis Borboniæ diuidi cœpit: duos enim ex se filios reliquit, Carolum & Ludouicū, Caloro Borboniū cessit, & Claremontium & Aruernia; Ludouico, Montpèserium, sed ad huius posteros omnia tandem familiae bona, deuenerūt. Duxit Carolus Agnetem Burgundam, Philippi Burgundi sororem, eorum duo, præ ceteris celebres, filij fuere, Ioánes & Petrus: duos etiam alios addunt, v.

trumque Ludouici nomine, quorum  
vnuſ immatura morte obierit, alter e-  
piscopus Leodiensis fuerit, & abbas san-  
cti Vasti: alij duos quidem præterea fuiſ  
se agnoscunt, sed ex his Cardinalē vnuſ  
faciunt, Lugdunensem Archiepisc. Ca-  
rolum nomine, alterū Ioannē nomine,  
Leodiensem Episcopū. Filias verò co-  
plures habuere, Ioannā, nuptam Aurā-  
giæ Principi, Isabellā, Burgūdiæ Ducī,  
Margaritam, Ducī Sabaudiæ, de qua na-  
tus est Philibertus Sabaudiæ Dux, qui  
fine liberis obiit, & Ludouica Sabauda  
nupta Ducī Engolismēsi, ex quo matri-  
monio Frāciscus prim⁹, Rex, natus est.  
Sed reuertamur ad Ioannē & Petrū, Ca-  
roli Borbonij, & Agnetis Burgundæ fi-  
lios. Ioānes primogenitus, in paterna  
bona succedens, vxorem duxit Ioannā  
Francicam, Caroli septimi filiam, Lu-  
douici ii. sororem. Ludouicus tamen  
vndecimus, in bello, quod boni publi-  
ci nomine gerebatur, Ioanni Borbonio  
parū fidebat, tū q̄ Burgunda matre ge-  
nitus esset, tū quōd pecunia dotis no-  
mine ipsi dicta, nondum esset exsolu-  
ta. Decessit Ioannes, nullis reliqtis li-  
beris, neque ex Ioanna Francica, ne-  
que

que ex propinqua sua Ioanna Borbonia, quam priore defuncta, vxorem duxerat. Itaque ad fratrem eius Petru, qui Dominus de Beaujeu dicebatur, tota rediit hereditas. Nupsit huic Petro, Anna Francica, Ludouici undecimi filia, quo regnante, inter primos auctoritatem valuit: sed Carolo demum octavo regnum tenente, tantæ opinionis fuit, ut Rege Neapolitanam expeditionem conficiente, regendæ Franciæ præficeretur. Obiit Petrus absque prole mascotula, Susanna, filiavnicæ relicta, cui de successione paterna, grauissimæ controversiæ fuissent, nisi tollendis ijs, dari eam, alicui eiusdem familiæ Principi, uxorem, sapienter consultum fuisse, ut postea docebimus.

Ludouico Borbonio de quo supra loquembamur, cessit Comitatus Môtpenserij, cuius tamdiu penes posteros eius titulus másit, quâdiu Caroli primogeniti posteritas superstes fuit. Vxorē habuit Gabrielā de Turre; unde ortus est Gilbertus Môtpenserius, post occupatum à Carolo s. Neapolitanum Regnū Neap. prorex. Gilberto vxor fuit Claræ de Gôzague, cù qua s. liberos suscepit

tres filios, filias duas, Carolum nempe, Ludouicum & Frâciscum: posteriores duo sine liberis decesserunt; Carolus patr. successit, & Ludouici vndeclimi Regis iussu Susannam Borboniam agnatum suam, de qua mox commemorauimus, vxorem cepit, cuius fauore matrimonij, concessa ipsis, & confirmata sunt antiqua familiæ bona: itaque iam præmeditata & composita lis de Susannæ successione, consopita videbatur, quæ mox tamen, maioribus viribus, renouata est. Susanna enim Borbonia, herede primogeniti, Carolo, marito suo absq; stirpe liberûm, præmortua, heredem se Ludouica Sabauda, Frâcisci primi mater regendæ Franciæ præposita, profesa est: & erat reuera, quam Carolus Susanne ipsius maritus, gradu proximior. Hinc controuersia illa & lis cœpit, qua adeò irritatum Carolum ferunt, ut se à Regis sui obedientia subtraheret: ideoque addicta fisco bona eius, & Regiae Maiestati adiudicata sunt. Anno demum millesimo quingentesimo vi- gesimo septimo, intercessit inter Regem & matrem transactio, ut Rege absq; heredibus masculini sexus decederet, re- dirent

dirent ad familiam Lotharingicā pos-  
sessiones illæ. Noluit Rex ut iure suo;  
sed benignum se & clemētem erga so-  
tores Caroli ostendens, partē eis bo-  
norū liberaliter cessit, Baroniā Mer-  
curij dedit Lotharingiæ Ducissæ; Lu-  
douicæ Principi de la Roche sur-Yon,  
Comitatū Mōrpénserij, & terram  
Combrallensem, addito Ducatus titu-  
lo; cuius propriétatem ad Ludouicæ  
heredes transferebat, qui & ipsi, hodie  
Borboniorum nomine insignes sunt, è  
secunda & nunc præcipua familiæ li-  
nea oriundi, quam hactenus, primoge-  
niti posteritatē expedientes, reliqui-  
mus intactam. Itaque, vt ad Carolum  
reuerterāmur, defecit cum eo prima Bor-  
boniæ domus masculina linea. E dua-  
bus autem sororibüs, quas ei fuisse su-  
pra diximus, Clāudia António Lotha-  
ringiæ Duci nupsit, cuius adhuc poste-  
ritas exstat: Ludouica in altera illa Bor-  
boniorum linea, quam mox præcipuā  
dicebam, collocata, & ipsa ex ea fami-  
lia posteros dereliquit.

Veniamus nunc ad secundum, sed  
Principem familiæ ramum, qui lineam  
Pōstrēni, natu minoris filij efficit: quæ

& hodie durat, & primogeniti locū tenet, nōmē, & plena familię insignia retinent, ut pote quę, finita primogeniti masculina posteritate, sola remāserit. Repetemus eā à Iacobo Borbonio, Ludouici i. Borbonij ducis, de quo supra diximus, minore filio. Fuit hic Jacob⁹ Franciæ Conestabilis, post Carolū Hispanum, quem Ioannis Regis tempore Carolus Nauarræ Rex interfecerat, Vxorem habuit Ioannā de Sancto Paulo; Marchię comes erat & vocabatur: vnicum reliquit filium & heredē Ioannē, qui Catharinam, Vindocini & Častri comitissam, vxorem duxit: atq; ita duo illi Comitatus in hanc familiā venerunt, cum plerisq; terris alijs, Carcuecy, Luppé, Condé, Espernon, Mōdoubleau, & alijs. His nati sunt tres filii, Iacobus, Ludouicus & Ioannes: filiæ totidē Anna, ducis Bauariæ vxor, Carolo Regi Cypri nupta, Maria à Roberto de Cruce raptæ quem ideo fuga sibi consuluisse, postea subuersum ferūt: valebat autem apud Carolum septimum auctoritate. Sed ut ad illos reuertar, Iacobo obuenerūt Comitatus Vindocini, Ioannes Dominus fuit de Carcuecy: hic Margari-

tam

tam quandam, commatrem suam, Vindocinam, vxorem habuit, ex qua etiam liberos suscepit, & ut sibi eam iure habere liceret, dispensationem, quam vocant, impetravit: sed filij illegitimi iudicati, in familiam recepti non sunt, neque in bona paterna succederunt: Et ipse Ioannes Borbonius pater, amplissima reliquerat legata, Iacobo & Ludouico filijs legitimis, in quibus, huius familiæ aliis, quasi surculus incipit.

Iacobus Borbohius, Ioannis primo. XIV<sup>o</sup>  
genitus, vixit Caroli 6. regnū: uxores duas habuit, Beatricē Nauarrenā, familiæ Nauarrenæ filiam natu minorē: & hec prima est, Borboniæ & Nauarrenæ, familiarum, affinitas, ex qua Leonora filia orta: Beatrice mortua, Iacobum inquiunt, Ioannam Neapolis Reginam uxorem duxisse, quæ antea Arragoniæ Regi fidem dederat: decepit autem virtutumque, ita ut Iacobus Borbonius Neapolim profectus, deserere eam tandem, & in Fraciā reuerti cogeretur: nomen tamen & titulum Regis Neapolis tenuit, quamvis alijs postea à Ioanna donatum. Obiit relicta vnica herede

filia Leonora, quæ patri in Comitatis Marchiæ & Castris successit: nupsit Bernardo Armaniaco, Comiti de Pardiac, familiæ Armaniæcensis minori natu. Cum eo filios duos habuit, Ioannem Castrensem Episcopum; & Iacobum, paternorum & maternorum comitatum heredem: terram præterea de Nemours, propter Beatricem Nauarrenam auiam, iudicio persecutus, obtinuit, & Ducatus insignitam titulo, possedit. Vxorem cepit, Caroli Andegauensis Comitis Cœnomannorum, & Isabellæ Luxemburgiæ filiam. Iacobus hic Armaniacus, gratus primus fuit apud Ludouicum undecimum, cui cum postea in suspicionem venisset anno millesimo quadragesimo septimo, die vigesimo quarto Augusti, in foro Parisiensi, capite punitus est. Liberos reliquit quatuor, duos filios, filias duas, Ioannem Duxem de Nemours, & Ludouicum Comitem de Guise: filiæ, Marguarita & Carola, in familiam de Rohan, matrimonio venerunt: Decessere omnes absque liberis; atque ita linea hæc vtrinque defecit.

xv. Restat Ludouici Iacobi fratri, linea Cessit

Cessit huic Comitatus Vindocini : ad Azincourtium, sub Carolo sexto captus est. Vxorem primūm habuit, Ioannam de Roussy, deinde Ioannam de Laual, ex qua filium unicum suscepit, Ioannē Borbonium. Ioanni vxor fuit Isabella de Bellomonte, & ex ea filij duo, Franciscus & Ludouicus; filiæ sex, Ioanna vxor domini de Ioyeuse, Ioanna alia, nupta primūm Ioanni Borbonij Duci, ex primogeniti linea, deinde Ioāni de Turre, Comiti Bolonię, & ex his oriunda est Catharina Medicea, Regis nostri mater: Catharina vxor Gilberpi de Chabanes, Lemonicis; Carola, Gilberti de Clenes, à quo postremo defūctus Dux Niuernensis, originem ducebat: Renata, abbatissa Fronteuallis, Isabella, abbatissa Cadomi. E filijs, maior, Franciscus, in Comitatum Vindocini successit, & in Mondoubleau, Espernon, aliaque dominia, quibus adiunxit dominium de Sainct Calais. Ludouicus naturalior, dominus fuit de la Roche sur-Yon, Lupé & Condé in Hannonia.

Sed quoniam ad propositam quæ-  
stionem, primogeniti successio exami-  
nanda est. exsequemur eam postremo

xvi.

loco, & secūdogeniti lineam prius explicabimus: Ludouicus Princeps de la Roche sur-Yō, vxorē habuit Ludouicā Borboniam, ex linea primogeniti. Duo ex hoc matrimonio filij procreati, filia yna. Filiorū natu maior Ludouic. fuit, qui nuper decessit, Ducis Mōrpenserij titulū ferens, vti cū Francisco i. Rege, post Carolij Borbonij mortem conuerat. Filiū reliquit vnicum, Franciscū Borbonium, qui & ipse hodie Dux est Montpenserij. Habet hic Frāciscus, filium etiam vnicum, ex Marchionis de Mezères filia, Henricū Principē Dóbēsem. Alter Ludouici Principis & Ludo uicæ Borboniæ filius fuit Princeps de la Roche sur-Yon, qui paucos ante annos, sine liberis vita funētus est.

Redeamus ad Frācisci primogeniti lineam, Vxorē habuit Frāciscus, Mariā Luxéburgiam, Ludouici Frāciæ Conestabilis filiā, à qua huic familiæ magna opes in Picardia, Flandria, Arthesia, alijs q̄ locis accesserūt. liberos habuere complures, Carolū, Francisc. Ludouic. Antoniā & Ludouicam Borbonios. Carol. natu maior in Comitatū vindocinū succēsīt, cui Ducatus & Pariae titulum

Iū impetravit. Franciscus Comes S. Pauli, vxorē duxit Adrianā de Totauilla, ampliss. & opulentiss. familiæ heredē, ex qua filiā suscepit. Lodouic. Cardināliū collegiū cooptatus est. Antonia nupsit D. de Guise, à quo descendūt q̄ ho-  
die sunt Guisij. Ludouica abbatissa fuit  
Frōteuallis. Sed Carol. primogenitus, *enecoly tanhōm*  
vxorem habuit Franciscam Alençoniā, *Antong Bokh-*  
Caroli ducis Alençonij, qui anno 1524. *hetroy bokhōm*  
obijt, sororem. His nati Antonius, Frā-  
ciscus, Carolus, Ludouicus & Ioánes.  
Antonius 1. & præcipiuus familię heres  
vxorē duxit Ioannā Albretiā, Reginam  
Nauarræ: horū filius est H E N R I C V S  
hodiè Nauarræ Rex, qui vxorem haber  
Margaritam Regis Christianiss. sororē.  
Franciscus, dominus de Anguiē, cuius  
auspicijs memorabilis illa ad Serisollā  
victoriaparta est, obijt sine liberis. Caro-  
lus filiorū 3. hodiè Cardinalis est Bor-  
bonius, Archiepisc. Rothomagēsis. Lu-  
douicus Princeps Cōdēus 4. reliquit fi-  
lios, Henricū Principē Condæū Franci-  
scū Principē de Conty, Carolū Cardina-  
lē Vindoçinū, & Carol. Sueſſionū comi-  
té. Ioán. Francisc. morruo, D. de Anguiē  
dictus est, & ipſe, sine liberis, vita de-

40 APOLOGIA CATHOL.

functus. Filias, quia huc non faciunt, prætereo, sciens: agitur enim de Francorū regni successione, quæ nō nisi ad huius familiæ mares peruenire potest.

Tota itaque hodierna controuersia, à pueris illis, feris dicam an hominibus? excitata, inter Henricum Borbonium Regem Nuarre, Antonij primogeniti filium, & patrum eius Carolum Borbonum, Cardinalem, Rothomagensem Archiepiscopum, agitatur.

CAPITIS

## CAPITIS SECUNDI

## Summarium.

1. Argumenta quæ Regi Nauarreno opponuntur.
2. Ioanne Albretiæ, Principis Nauarre cum Cleensi Duce matrimonium, Ecclesiastica sententia & Pontificalibus litteris, recessum.
3. Eiusdem Ioannæ cum Antonio Borbonio, &c. matrimonium, quo Rex Nauarre procreatus est.
4. Sanctis Decretis, matrimonij benedictio ante annum 12. in feminis, 14. 15. masculis, prohibetur.  
Orientalis Ecclesia, nuptijs 15. annum in masculis, 13. in feminis prescripsit.
5. Civilis honestas, nuptias ante puberatem prohibet.
6. Exempla matrimoniorum, quæ minoritate contrabentium soluta sunt.
7. Legis Politicæ, qua hæretici à successionibus remouentur, interpretatio.
8. Regnorum iura à Deo immediate sunt, legitima successionis continuatione.  
Ordines Regni, ineptum Regem, mouere regno non licet.

Populus ius Domini sui in aliū transferre nō potest, neq; se alij subiçere.

2. Ecclesiasticorum in Reges & Principes officium.

Henricus 2. Rex, Conciliabulo Tridentino se opposuit.

30. Quare coniurati, Catholicos Regij sanguinis Principes ad fœdus non vocarint.

Coniurati, Religionis reformatæ homines, in suas partes pertrahere tentarunt.

31. Reges Ecclesiasticorum honorum dispensatores sunt. Ecclesia Reip. pars est, non ē contra.

Officiorum Ecclesiasticorum collatio, & ecclesiastica iurisdictio, summis Principibus debetur.

Francorum Reges, politicam personarum, & bonorum Ecclesiasticorum administrationem, sibi semper reseruarunt.

Ecclesiastici olim ad bonorum Ecclesiæ distributionem non admittebantur.

32. Rex in Francia nunquam moritur, ratione legis successionis Regiæ.

Regum coronatio ad quem finem instituta.

Ethnicorum Regum coronationis sollemnitas. Consecratio quando & quare instituta.

Regum consecratio & coronatio non est unicuidam loco affixa.

33. Antiqui-

13. Antiquitas ad consuetudinem stabilendam non sufficit.
14. Ecclesia nunquam, ne propter hæresim quidem, Regum successionem impedituit.
15. Princeps subditorum suorum conscientijs, vim inferre non debet.
16. Bearnæ & Nauarræ status.
17. Causa protestationis, anno proximè preterito à Rege Nauarræ Montalbani factæ.
18. Rex, legem successionis Regiæ violare non potest.  
Regni successor, non succedit tamquam nudus defuncti heres.
19. Quare Pontifex ius sibi Regna transferendi tribuat.  
Pontifices Francorum Regnum, de immensa potestate sua, semper exceperunt.
- Lex diuina in terris, absq; Politica auctoritate, sanctionem non continet.
- Sacerdotes imperatiuum iurisdictionem non habent.
- Episcopi & Pontifices, Reges et Imperatores Dominos agnoscunt.
- Hæresim punit Magistratus Politicus.
20. Varia scripturæ loca, de Ecclesiastica iurisdictione, explicata.
- Improbi Imperatores, nunquam Imperio priuatis sunt.

Pontifici, ciuitatem aut corpus aliquod Francorum Regi subiectum, excommunicare non licet.

A Pontifice & ceteris Ecclesiasticis, tamquam de abusu, appellandi mos in Francia semper obseruatus.

21. Princeps malis moribus praeditus, ab Ecclesia excommunicari non potest.

Principe excommunicato, subditi non tamen liberantur.

22. Sententiæ excommunicationis Principis, clausulam priuationis iurium eius, addere non licet.

23. Princeps contra iniustam Pontificis excommunicationem, arma sumere potest, & ab ea tamquam de abuso appellare.

24. Regis Nauarre argumenta, quibus se hereticum negat.

25. Tridētinus conuentus quomodo Francorum Regni iura usurpet.

26. Perniciose Coniuratorum reformandi regni rationes.

27. Improba Coniuratorum consilia, & inuidia qua Espernoni Ducem, & alios quosdam prosequuntur.

28. Davidis Causidici instructiones, à coniuratis, exsecutioni mandantur.

Regis in causa Religionis officium.

29. Imperium alienigenarum perniciosum.



## I

 Vt Regis Nauarræ causæ non fauent, obisciunt ei, famoso illo libello, quatuor præcipue capita : quorum tria eius proptia sunt, & cum eius persona coniuncta; quartum, veterem illâ de successione, inter patruū & primo-  
geniti fratri filium agitatam disputa-  
tionem cõtinet. Nos verò démonstra-  
re conabimur, nullo eos fundamento  
nisi, & quidem firmissimis, vtri spero, ac  
gumentis, conuincemus.

Primùm, Regem Nauarræ dicunt, ex legitimis Antonij Borbonij, familia primogeniti, nuptijs natum non esse: quoniam Ioanna Albretia, mater, Cle-  
mèti Duci, iam tum nupta fuerit, cum Antonio Borbonio iungeretur: Ideoq;  
procreatum ex Antonio & Ioanna Re-  
gem Nauarræ, illegitimum esse; & re-  
gni Francici successioni, quam nothi-  
nunquam ceperint, ineptum.

Sed facilis est, nodi huius, ex nuda 11:

46 APOLOGIA CATHOL.  
facti ipsius veritate, solutio: Res sicha-  
bet. Frāciscus primus Rex, cūm sibi ad-  
iungere, & Carolo quinto Imp. subtra-  
here Cleuensem Duce m cuperet, Mar-  
garitā Francicā, sororem suam, & Hen-  
ricum Albretum, Regem Nauarræ,  
Ioannæ nostræ, tum temporis octo aut  
nouem circiter annorum puellæ, pa-  
rentes, eò agedit, vt eam Ducī Cleuensi  
matrimonio iungerent: cum quò tū &  
res soēllniter peracta, & puella, Castel-  
loraudi (castrum Lerum quidā vocat)  
in nuptialem thalamū deducta est. Sed  
nondam cōpleta nuptijs legitima acta  
te, de matrimonio conquesta, solutio-  
nem petijt, & obtinuit, vt Ecclesiastica  
sententia, atque auctoritate Pontificis,  
in Curiæ tabulas, iam ab anno millesi-  
mo quingentesimo quadragesimo pri-  
mo, relacta, matrimonium solueretur.  
Quo pēracto, nublit Ioanna Princeps,  
Antonio Borbonio, huius Regis Na-  
uarreni, patri.

Sequitur hinc, quod dicitur inter  
Cleuensem & Albretiam matrimoniu-  
nullum omnino fuisse, nulliusque mo-  
menti, tam Ciuitibus Romani legibus,  
quibus vtimur plerumque, quam san-  
ctis

Dis Ecclesiæ Catholicæ decretis. An-  
 tistius Labeo, & post eum Papinianus l.9. ff. de spons.  
 & Vlpianus, contra Saluium Iulianum l.33. q. si quis  
 pronunciarunt, puellam minorē duο. sponsam ff. da  
 decim annorum, deductam in mariti-  
 domum, sponsam non videri, nisi spō-  
 falia præcessissent. Alio loco Papinia-  
 nus, docens dotis promissionem, fu-  
 turi matrimonij, tacitam cōditionem  
 continere, statuit, Si minor annis duodecim l.6 ff. de iure  
 deducta sit, tunc primū peti poss. cū maior annis  
 apud eundem esse cōperit. Labeo de dona- l.65. ff. de don.  
 tionib. Loquens à marito in vxore col inter. vir.  
 latis, quæ iure prohibitæ sunt, quod vir  
 ei quæ nondū viripotens nubserit, donauerit, ra-  
 tum futurū existimat. Alio tamen loco, quod  
 pupillæ legatum est, inquit, quandoq; nubserit: l.30. ff. quād.  
 si ea minor quam viripotens nupserit, non ante dics leg. ced.  
 ei legatum debebitur, quām viri potens esse cōe-  
 perit: quia, non potest videri nupta, quæ virum  
 pati non potest: quod & probat Vlpianus, l.10. ff. de cōd.  
 Alibi idem auctor, ex rescripto Seueri & dem.  
 Imp. refert, maritum, iure viri, accusare vxore l.13. q. si minor  
 ex eo adulterio nō poſe, q. ante etatē nupta, cō- ff. ad leg. Iul.  
 misit. Et reliquit nobis super hac re, Pō- de adul.  
 ponius generalē & minimē ambigua  
 sententia: Minorem annis duodecim nuptam, l.4 ff. derit,  
 tunc legitimam vxorem fore, cū apud virum nupt.

*explesset duodecim annos. Quod idem ab  
l.v.-c. 18. ff. Vlpiano & Paulo repetitur, disputati-  
bus de priuilegijs vxori ob repetitione  
iud. posid. iud. concessis.*

Referta sunt decisionibus, in eā sen-  
tentiam, Sācta Ecclesiæ Catholicæ de-  
creta. Euaristus Papa, qui anno Christi  
centesimo decimo vixit, fatetur se à pa-  
tribus accepisse, ineptam nuptijs æta-  
tem, vxorē illigitimam reddere. Ex-  
*c. 9. vol. 3. cōf. stat etiam Concilij Foroiuliensis, sub  
fol. 295.*

*c. 2. de despou.  
imp. can. 1. 3. o. q. 2.*

Carolo Magno & eius filio Pipino cele-  
brati, super hāc quæstione, decretum,  
quo nuptiæ ante pubertatis annos, p-  
hibetur, & ætatis impares coniungi-  
verat, cum pāribus annis parem con-  
sensum & voluntatem requirens.

In quam sententiā Nicolaus primus  
Papa, qui anno 858. præsidebat, Vbi non  
est consensus vtriusq; inquit, ibi non est coniu-  
gium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis,  
et è conuerso, nihil faciunt, nisi vterq; pueroru-  
postquam venerit ad annos discretionis, consen-  
tiat: nec est coniugium, nisi sit consensus vtriusq;  
et iāsi pater & mater hoc voluerint, et fecerint.  
Ad quæ docet Ioānes Andreas de pu-  
pillorum voluntate, cum ad iustum æ-  
tatēm peruerenterint, inquirendum esse:  
secundū.

secundum ea quae à Marcello Papa statuta sunt, de ijs qui ante legitimū cēpus, religioni se deuouent, ex secundi  
can. illud. 10;  
quæst. 1.  
can. de his. 28.  
distinct.  
 Toletani conciliij decreto. Nam quam uis à pube, impuberes sint vocati, ut vult I-  
 sidorus; & pubes sit is qui iam genera-  
 re potest: attamen potentia ista, ex sola  
 illa & nuda naturæ ad generandum fa-  
 cultate censenda non est, sed ex volun-  
 tatis ipsius iudicio & cōsilio. Est enim,  
 ut & testamentum, matrimonii actus  
 quidem sapiētis hominis, politicus &  
 economicus. Ideoq; Alexáder 3. Papa,  
 iudicat eos qui, ante ætatem firmi iudi-  
 cij, & cōstantis, ad matrimonii conuo-  
 lauerūt, posse, imò debere Ecclesiæ sen-  
 tentia separari, quoniam consensisse  
 non videantur, nisi postea, maturiores  
 iudicij ætate assequuti, ratū habeant,  
 aut carnali iam copula coniuncti sint:  
 quo casu, malitia ætatem supplere dicitur. Er-  
 ita constituit Alexander ex auctoritate  
 Concilij Lateranensis, anno 1180. præ-  
 sentibus 280. episcopis. Urbanus 3. Cœ-  
 nomanensi episcopo scribens, supe-  
 riores constitutiones seruari iubet, e-  
 tiam si matrimonio iuncti, corrumpere  
 se inuicem conati sint. Et Innocentius

cōp. de illis. cōt.  
accesbit. c. a nos.  
bi. extr. de  
desp. imp.

*cap. attestatio* tertius tale coniugium, non esse con-  
*nus. extra de* iugum iudicat; sed sponsalia, aut nu-  
*desp. impub. c.* dam futuri matrimonij promissionem  
*fin. extr. eod.*

*cap. nostrates.* potius, quam certam praesentis con-  
*30. q. s.* tractus obligationem. Eadem ratione  
 motus Nicolaus Papa, ante definitum  
 ab Ecclesia tempus, benedictionem, &  
 ceteras ab Ecclesia institutas ceremo-  
 nias, capere, prohibet, ne videlicet, ir-  
 ritiae fiat, aut reuocari facile possint. Id-  
 que non in Occidentis solum Ecclesijs  
 locum habuit, sed & Orientis Impera-  
 tores religiosè & sanctè à suis obserua-

*Leo. nouel. 74.* ri iusserunt: ut in Nouellis eorum consti-  
*89. 109. Nou.* tutionib. legimus, quib. & tempus nu-  
*Alex. Com. c.* ptiarum feminis ad 13. masculis ad 14. an-

*9. Balsam. ad* num prefixerunt, graui sanctione addi-  
*Phot. cā. tit. 13.* ta, ne nuptijs ante istam ætatem contra-  
*cap. 2.* ctis, collata benedictio, constantis & in-  
 dissolubilis matrimonij vim haberet,  
 sed esset nudus promissionis, aut ciuilis  
 stipulationis loco. Atq; ut clarius ostē-  
 damus Orientalem Ecclesiam consti-  
 tutiones illas valde probasse, adducit in

*In Sanct. Pont.* hanc sententiam, Antiochenus Patriar-  
*iur. Orient.* cha Balsamo, decreta quædam Nicolai  
 Constantinopolitani Patriarchæ, & Si-  
 monis Græciæ metropolitani. Inter ce-  
 tera

ter Ecclesiastica Patriarchæ Cōstantinopolitani responſa, exstat hoc Germani ad Episcopum Arensem, qui, qua ratione contra puellā, quæ ante pubertatis annos benedictionem acceperat & corrupta fuerat procedendū eſſet, consuluerat, & quid ſacerdote faciendum, qui ceremonias celebrauerat. Respondebat Germanus, puellam separandam; ſacerdotem, dignitatē priuandum. Et in omnibus certè bene cōſtitutis Rebus publ. certa ſemper etas ad legitimā ciuiū coniunctionē, & iustas nuptias, fuit. Etenim, ut Fulgentius ait, cū matrimonium liberis procreadis ordina-  
 tum sit, rationi prorsus cōſentaneū eſt, ut ætate ad procreandum apta, contra-  
 hatur. Itaq; cūm generationis tēpus na-  
 tura in feminis 50. ann. in masculis 70.  
 finiat, & ciuitatum quarundam institu-  
 tis, & Aristot. opinione, ſupra eam etatē, non ſunt admittendē nuptiæ. Cui ſuffragari videtur, qd' inter Romanos  
 obtinuiffe legimus, ſi vir post 60. annū, l. sancimus. 2.  
 vxorē duceret, mulier post 50. nuberet,  
 non videri eos legi Iuliae de nuptijs pa-  
 riuiſſe: ideoq; pœnis, cœlibatui indictis  
 ſubiacere. ſcribit & ipſe Iuſtin. mirabi-

Genes. 2. Mat. 10. 1. ad Cor. 7 Ephes. 5. Fulgēt. epist. 1. cap. 3. Ibid. de off. eccl. ca. de coniug. Arist. 7. de Rep.

l. si maior. c. de legit. her.

Plut. Dem. lem quinquagenariæ partū inuenire.  
 Et videbantur tales nuptię, in spē, non  
 tam liberūm suscipiérorum, quam cō-  
 modi alicuius contrahentium, copula  
 tę. Hinc Antigonum legimus, filio De-  
 metrio, ut Phillam anum vxorem duce-  
 ret, persuasissle, & ad id abusum auctorit-  
 atare Euripidis, cuius ita verba ad senten-  
 tiā suam inuerterebat, vt cūm dicat Eu-  
 rip. ἐνεργείᾳ πάρα ποσὶ διλατεῖ τὸν οὐρανόν. ipse di-  
 ceret γαμήσει. scilicet utilitatis alicuius  
 & commodi causa, etiam impares nu-  
 ptias fugiendas non esse. Puerilis autē  
 illa aetas, matrimonio nunquā apta vi-  
 fa est, quoniam non potest generatio  
 non esse manca & imperfecta: matres  
 ipso partu, graue periculum incurrit;  
 patres, coniunctione sine iudicio & ra-  
 tione appetunt, itaq; robur illud perse-  
 cū, ad q; non violata natura, perueni-  
 sent, non attingunt. Et hoc voluisse A-  
 pollinem, veteres putauerūt, cū Trœ-  
 zenios moniceret, cauerent, agris semi-  
 na, nimis tempestiuè committere.

Arist. lib. 7. de  
Rep.

Vltimò, vt hanc controuersiam finia-  
 mus, etiam si Ioanna Albretia, Antonio  
 Borbonio Duci Vindocini (seu Vendo-  
 mij maiis) nubens, peccasset, quia fuit

sed antea Cleuēsi Duci matrimonio iū-  
 eta: Nihilominus, q̄ hodie Rex est Na-  
 uarre, legitimè natus esset, ex legitimis  
 nuptijs, Antonij Borbonij, patris sui,  
 qui erfans, matrimonij, bona fide, sub-  
 Ecclesiæ auctoritate, in ipsius Ecclesiæ  
 facie, adhibita fide publica cōtraxisset.  
 Quo casu dubium non est, legitimos esse,  
 etiam ex putatio matrimonio procreatos, vt lo cap. ex tevere.  
 quuntur Canon stæ. Quoniā in dubijs extra qui fil.  
 in matrimonij & liberorū, ex eo, fauo- sint legit. c. fin.  
 rem, iudicadum est: cūm de fide bona extr. de re ind.  
 & conscientia eius agatur, qui vxorem  
 se legitimè duxisse putat; & secundum L. tanta. extra  
 leges & constitutiones Ecclesiæ, opimio qui fil. sint.  
 veritati præualeat. Ita vt, cōmuni senten- leg. Alex. in l.  
 tia, ad liberorū legitimationem, vnius 1. ff. sol. matr.  
 contrahentium bona fides sufficiat, li- & in ca. quod  
 citas & iustas nuptias credentis. Patet nobis. qui fil.  
 itaq; legitimos etiā esse eiusmodi ma- fint legit. Ab-  
 trimonio procreatos liberos. Sed iam bas in cap. de  
 superius diximus & demonstrauimus, quart. extra  
 etiam prætensas, Ioannæ Albretiæ, hu- de presc.  
 ius Nuarreni Regis matris, cū Cleuēsi

Duce nuptias, nullas fuisse, atq; irritas:  
 talesq; Ecclesiastica sententia, declara-  
 tas, eademq; reuocatas atque rescissas  
 fuisse; ideoq; eiusdem Ecclesiæ auto-

ritate, Ioannæ Albretiæ liberam, quod  
vellet, nubendi potestatem cōcessam.  
Quod ipsum exemplo non caret. Legi-  
mus enim in veterū annalium monu-  
mentis, eandem ob causam Othonem  
quartum Imp. à Margarita, Ducis Bra-  
bantiæ filia, separatum. Et, ut quidā vo-  
lunt, Ludouicus Delphinus Viennen-  
sis, Caroli sexti Regis filius, paullò ante  
mortem, Catharinæ, Ducis Burgundiæ  
filiæ, repudiadæ eandem occasionem  
sumpsit. Et patrum nostrorum memo-  
ria, Carolus 8. Rex, ann. 1480. cùm à Lu-  
douico ii. patre, ante annum ætatis 14.  
cum Margarita Austria, Maximiliani  
Imp. filia verbis de præsenti desponsa-  
tus esset, eaq; biennis in Franciâ dedu-  
cta, & per decennium educata fuisset,  
Papæ Innocentij 8. auctoritate, separa-  
tus est: Eademq; sententia, eandem ob  
causam & Anna Britannica libera pro-  
nunciata est, vt ei, quem veller, maritū  
capere liceret; quamuis à Francisco pa-  
tre, Britanię duce, minor annis Maxi-  
miliano Imp. nuptijs, per procuratorem,  
celebratis collocata fuisset. Nicolaus  
Lotharingiæ Dux, viuo patre Ioanne  
Duce, ann. 1460. Annam Frâcicam, Lu-  
douici

douici ii. filiam, verbis de præsenti, vxorem duxerat: nihilominus, maior factus, Papæ dispensatione, cum Maria Burgunda, Caroli vltimi Burgudic Du cis filia, sponsalia habuit: & parabat nuptias, cum morte, in ipso apparatu, extintus est. Tot legum, decretorum, sententiarum, rerum iudicatarum auctortates, improbabā & malitiosam aduersariorum Nauarreni Regis, impudētiam omnibus manifeste produnt.

Obijciunt secundo loco Regem Narræ hereticū esse, ideoq; successione Francorum Regni indignum, cuius Reges Christianissimi sint & dicantur, qā cūm primū ab Rhemensi Archiepisco po consecrarentur iurēt se Religionis fideliq; Catholicæ defensores, & protetores accerrimos fore: quod præstare Regem Nauarræ nō posse, qui opinio- nem in Religionē sequatur, dudum ab Ecclesia damnatam. Nihil eum itaque, iuris sibi in hoc Regnum vindicare posse: subditosq; Regni, ei nō obligari: se- cundum generalis Romani cōcilij sub Innocentio 3. ann. 1215. congregati, de- creta, quib. veteres repetebātur Theodosij iunioris, Valentiniani 3. & Martia-

*de hereticis iuris  
rificatione*

*3. Vol. Conc. c.  
excom. extr. de*

*heret.*

36 APOLOGIA CATHOLICORUM

ni, maximè Catholicorum principum constitutiones, ad generalium Ephesij & Chalcedonensis conciliorum confirmationem, comprobatas etiam à Iustiniano i. in 5. Constantinopol. concilio:

¶ Vol. cōc. fol. circa cuius tempus, quid ipse probaret  
136. 215. 216. 330. l. Manicheos. l. quicū- declarauit, uti ex collatione temporis dicti concilij, & Imperatorię constitu-  
que. l. fin. C. de tionis, nono Codici insertę, apparet: Et  
heret. Auth. varijs deinde Nouellis cōstitutionib.  
Gazaros. C. de heret. ca. 3. 6. si quibus omni successionis iure hæreti-  
quis de predi- ci priuantur, idem Imp. cōprobauit.  
ctis Nou. vt cā Videtur certè, primo intuitu, hæc ob-  
de appell. cog. iectio speciosa valdè: Nobis autē, duo  
- 6. vlt. Nou. de heret. ab in- ad eam necessariò exutienda sunt ca-  
test. & Nouell. pita: iuris vnum; alterum facti. Primū  
de Samar. itaq; disputabimus. An Hereticus Re-  
gno, quod iure successionis ei debetur  
( vt hoc Nauarreno ) priuari debeat.  
Deinde an hoc casu, Rex Nauarræ he-  
reticus dici possit, ita vt successione  
sua spoliandus sit.

IIX. Quod ad primum attinet dico: Constitutiones Imperatorias, & Decreta canonica, quibus successionis ius he- reticis adimitur, loqui tantum de pri uatorum Christianorū bonis & here ditatibus, quæ politicis magistratum legibus

legibus subiacent. Imperiorum & Regnorum, longè alia est ratio, neque auferri ea legitimis dominis & possessoribus, aut hæresis aut criminis alterius causa possunt. Tenent enim ea ab Deo æterno, immediatè, non ab hominibus, ut in Concilio Parisiensi, sub Ludouico Pio & filio eius Lothario, Regibus Francorum & Impp. anno 829. disceptatum & iudicatum tandem est: addita ex verbis sapientis conclusio-  
ne: Meum est consilium, & equitas; mea est pruProu. 8:  
dentialia; mea est fortitudo: Per me, Reges regnant;  
& legum conditores iusta decernunt: Per me primi  
cipes imperant. Idem & in Danielis Pro-  
phetia legitur: quod dominatur Excelsus in Dan. 4:  
Regno hominum; & cuicunque voluerit dat il-  
lud. Inculcat eadem idem Prophetæ,  
Balthasari, Babilonis Regi, Nabuchodonozoris Assyriorum Monarchiæ po-  
tentiam referens. Et idem docet Iere-  
mias Prophetæ, apud quem, Rex Re-  
gum, Deus ita loquitur. Ego feci terram  
& homines, & iumenta quæ sunt super faciem  
terræ, in fortitudine mea magna, & in bra-  
chio meo extento: & dedi eam ei qui placuit in  
oculis meis. Ius itaque in Reges nullum  
habent subditi, ad hoc solum nati, ut

Ierem. 27. 5.

Principibus suis, quales quales sint,  
obediant & inferuant, de eorum iure  
& iustitia parum solliciti. Ideoque re-

*Rom. 13.* uereri Reges, nos iuber Apostolus, vt-

pote ordinatos à Deo. Et cùm populo  
suo Deus Regem bonum largitur, pie-  
tatis, iustitiae, religionis Christianæ a-  
mantem, singularis est Dei gratia, & be-  
neditio : Impij principes & improbi,

*Osee. 13.* iræ Diuinæ flagella sunt. Dabo tibi Regem

*Iob 34.* in furore meo, inquit Propheta. Et Iob: Qui

regnare facit hypocritam propter peccata popu-  
li. Cùm enim accusa in nos ira Dei fue-  
rit, tales nobis Regem dabit, qualem  
peccata nostra merebuntur; quia, vt i-  
dem Iob inquit, si malum Regem habe-  
mus, peiores ipsi sumus. Elegans est I-

*Sentent. lib. 3.* fidori locus : Difficile est principem regredi  
ad melius, si fuerit vitijs implicatus. Populi enim

peccantes iudicem metuunt, et à malo suo legi-  
bus cohercetur. Reges autem, nisi solo Dei timo-  
re, metuq; gehennæ coherceantur, liberè in prä-  
ceps proruunt, et per abruptum licentie in om-  
ne facinus vitiorum labuntur. Dico itaq; non  
esse ex populi officio, in Regis sui acti-  
ones inquirere, aut eas vellicare, viola-  
ta reuerentia, atque obediētia debita:  
sed sublatis in cœlum oculis cogitare  
debent,

debent, sceptrum ei, qui imperat, siue  
bonus, siue malus est, diuinitus datum  
esse: maximè, si legitima successione  
vocatus sit, vti in Fracia nostra, in qua  
populus, Regni lege, nō solū ei, & in  
eum omnem potestatem contulit; sed  
sibi etiam ipsi manus ita colligavit, vt  
quamdiu Regij sanguinis masculus v-  
nus superest, de Regno statuere nihil  
omnino possit. Lege autē Regni, nun-  
quam deficit Rex: quia defuncto, ipso  
iure, statim succedit agnatus proxim⁹,  
ex generali Francorum consuetudine,  
quamuis ad Regni administrationem l. i. ff. de bono.  
ineptus, & iudicij parum recti. Hoc ta- poss. l. fin. §. ta-  
mē casu, licebit ei curatorem dare, qui li. C. de cu. sur.  
rerum publicarū administrationi præ- qual. Ioh. Ignat.  
sit: vti olim, apud nos, Carolo Simplici in disput. de  
& Carolo sexto. Quāvis enim Regnū, reg. Franc. col.  
nostrum imprimis, propriè heredita- 3. & 8.  
rium patrimoniale aut feudale non sit, cap. grandi. de  
attamen successuum est, proximo a- supp. negl. præ.  
gnato, non tamquam heredi defuncti, rbi per Innoc.  
sed tamquam Regij sanguinis in linea & Bal. in c. v-  
masculina primo, acquisitum. Vocatur ni. de suc. feud.  
itaque, qualis qualis est, siue aetas in i- & in auth. hoc  
psio, siue iudicium, siue quid aliud re- amplius. C. de  
quiratur; Ordines autem & Pares Re- fideic.  
gni

gni hoc vnum possunt, ipsi regendo cu-  
ratorem constituere, & consilio, quæ  
defunt, supplere : Electus enim est ad  
Regnum, ex quo natus est. Et incurrit  
iram diuinam omnes, qui se Regi legi-  
timo, successionis iure ad Regnum vo-  
cato, opponent : nostrum quippe non  
est, in sapientiam Diuinam insurgere,  
quæ ad populum etiam à se ele&tum,  
domum ipsam Sion, castigandum, Re-  
gnum sæpè pueris, peruersis, stultis,  
infidelibus, tyrannis concessit: quales  
erant in Iuda Roboam, Ioram, Ocho-  
zias, Amasias, Achaz, Ozias, & alij ido-  
lolatræ, & à vero Abrahæ Deo deficié-  
tes: & Israelitis Nadab, Baasa, Achab,  
cum vxore Iesabel, Manasses, plerique  
alij, maiori idolatria & tyrannide in-  
seruos Dei grassati sunt, quam, huma-  
næ rationis iudicio, opus fuisset. Isdē  
virgis Ecclesiam suam visitauit Deus à  
tempore gratiæ, ex quo filium suum  
pro peccatorum nostrorum redem-  
ptione misit, cùm infinitos non solum  
Imperatores & Reges infideles, fidei  
nostræ hostes, hereticos, sed etiam Chri-  
stianarum animarum pastores, vitæ im-  
piæ & pessimi exempli, rebus præesse  
per

permisit. Constantinus, Magni Constantini filius, & Valens Valentiniani primi frater, & Zeno Leonis gener, Imperatores, Arianiani fuere: Anastasius & Justinianus primus Eutychiani; Heraclius, Monothelita. Pleni sunt historiarum libri, Romanis Pontificibus hereticis, adulteris, magis, maleficiis, schismaticis, & in foetida vitiorum sententia demersis, qui tamen omnes in Moysis Cathedra, nemine repugnante, sedebunt. Nimis castigare ita suos Deus, & tyrannorum imperio premere voluit: tyrannosq; ipse metu selegit, qui essent iustitiae suae executores, contra quos conspirare populus, neq; potuit, neque certe debuit. Namq; ut est apud Panormitanum, cum populus liber non sit, sed subditus, iurisdictionem transferendi, aut titulum conferendi ius non habet: neq; is donasse censeretur, qui dominandi ius non habet. Et alio loco ait idem Doctor, non posse vassallos, in alterius quam Domini sui personam consentire, neque etiam potentiae & iuris prorogatione: & ad hoc multorum Doctorum iudicium ad fert.

Attamen sciunt viri boni, & dolent,

c. quod autem.

de iure patro.

c. Adibertum.

1.q.7.

Bal. in c. impe-

rialē. de prohib.

feud. aken. col.

10. Id. in c. ce-

terum. de iud.

Abbas conc. 3.

in 2. parte.

Ecclesiasticorum & Cleri Francici maxime partem, tamquam coniuratio-  
nis in Regni huius ruinā captæ, parti-  
cipes se gessisse: Quod ita se reuerā ha-  
bere, milii persuadere nō possum, quā-  
uis ordinarios concionatores nostros  
cottidiè audiam, certè inuitus, publicè  
in veritatis, & humilitatis, & caritatis  
Christianæ Cathedra, scilicet, bella, san-  
guinē, arma, rebelliones, Regis & Prin-  
cipum Regiorum contemptum spiran-  
tes: Rem, profectò, horrendam, & corā  
Deo, detestandam.

I X. Obscurio vos, Episcopi, sacerdotes,  
& Doctores, quid hoc rei est? Hoc ne  
vobis à Deo iniunctum est? illāne est  
quam in Ecclesia Dei plantare debetis  
doctrina? illāne lux, quam gregi, vobis  
à Deo commisso, præferre? illāne pax,  
quam prædicare debetis, & pro qua ar-  
dentes cottidiè Ecclesia ad Deum pre-  
ces fundit? Quā à vobis exspectare po-  
pulus emendationem potest, si primi  
mali autores estis? Vultis superbas lu-  
ciferi, ipsi quē pernicioseas, voces repe-  
tere, Ascendam in cœlum, et ero similis Deo Al-  
tiſſimo? Vultis, merito vestro, veri Dei ho-  
stes haberi? Dei, inquam, qui obediens  
tiant

tiā vobis in Reges, & potestates ab  
se constitutas, in primis commendat:  
cuiq; pace nihil acceptius est, odijs &  
sanguinis humani effusione nihil in-  
gratum magis. Illudne misericordū mor-  
talium furoris remedium est, humani-  
tate ipsos omni exuere? gladium, quo  
seipsoſ interficiant, furentibus trade-  
re? atque auctoritate vestra impios fu-  
rores excitare, comprobare, augere? &  
in concionib; vestris, bellicum cane-  
re? Ergo idē vobis nos exprobrare co-  
gemur, qđ suis Ieremias? Prophetæ pro-  
phetabant mendacium, & sacerdotes applau-  
dabant manibus suis, & populus meus dilexit talia.  
Idemque in vos dicemus, quod in ve-  
stri similes Ezechiel? Quia locuti estis va-  
nd, & vidistis mendacium: ideo, ecce ego ad vos,  
dicit Dominus Deus. Et erit manus mea super  
Prophetas, qui vident vanam & diuinant menda-  
cium: In concilio populi mei non erunt, & in scri-  
ptura domus Israel non scribentur, nec in terram  
Israel ingredientur: & scietis quia ego Dominus  
Deus. Eo quod deceperint populum meum dicē-  
tes, Pax, & non est pax. Non sunt isti spiri-  
tualis, quam tractatis, doctrinę fructus.  
Videte, amabo, ne vobis dicatur; Ma-  
lam arborem, bonos fructus ferre non

Ier. 5. 36.

cap. 15.

## 64 APOLOGIA CATHOL.

posse. Bella, perfidiam, rebellionē p̄dicas: qui in Regem nostrū, Regionē  
que Principes conspirarunt, opibus ve-  
ftris adiuuatis: vrbes traditis; gregem,  
fidei à Deo vestræ cōmissum, proditis;  
Alienigenas, qui nobis imperent, re-  
quiritis; & Regis vestri Maiestati op-  
ponitis. Quò ruitis? Illāne est doctrina,  
quam seminatis, Catholica & Aposto-  
lica: fundamentum esse Ecclesiæ Chri-  
stum ignoratis? quiq; statuat aliud, se-  
metipsum, & consilia sua p̄cipitent  
dare? sed Christi doctrina quid aliud  
nisi pacem, humilitatem, obedientiā,  
mansuetudinem p̄dicit? Nónne de-

*1. Cor. 3. 11.*  
*Mat. 10. 16.* vobis scriptum est, estote prudentes, sicut ser-  
p̄tes, & simplices sicut columbae? Nónne sal-  
terræ vos estis; qđ si sparsum fuerit, v-  
bi recolligemus? Scio quid ad hæc di-  
catis: Infinitus est, inquitis, hereticorū  
numerus, ferro perdendus: quia Deo  
& gloriæ eius aduersi viuūt. Erratis, a-  
mici, & erratis sanè grauiter. Si etenim  
heretici sunt, tanquam heretici primū  
conuincēdi sunt, & tanquam heretici  
legitimo iudicio condemnandi: quod  
adhuc factum à nobis non est. Namq;  
Tudentinum illud, quod dicitis con-  
cilium,

lum, quo illos condemnasti, certè legitimum non est: neque ipse Francorum Rex, iam tum cùm celebraretur, legitimū agnouit. Ideoque non solū Regni sui Episcopos, prædecessores vestros, adesse noluit; verū etiam per oratorem, congregationem illam se, pro publico & generali Concilio habere non posse, professus est: sed priuatum esse & factiosum conuenticulum, Pontificis utilitati procurandæ, & Hispaniæ auctoritati, magno Christianissimæ Maiestatis suæ preiudicio, stabiliendæ conuocatum. Agitabat, ut cetera præterea occultiora (nam hoc agebant publicè) Regi Francorum Christianissimo, cui Pontifex auctoritatem suam, opes certè & splendorem debet, locū, inter Reges Christianos, primum, tot sæculis, sine villa controvetsia, totius orbis consensu, possessum, eripere: & eum, si dis placet, Hispano, ante ipsos centum annos, vix reguli locum tueri, tribuere. Itaque profitebatur Rex, se subditosque suos, decretis eius obligatos non fore: imò si opus sit, usurum se remedijs omnibus, ad illa rescienda, necessarijs, quibus & Reges Frácos

rum, prædecessores sui, sæpè similibus  
casibus vñi essent.

Præterea, vim dico & arma, verum  
non esse huius morbi remedium. Igno-  
ratis, scilicet, errorem in Religionis do-  
ctrina, spiritualem esse animi morbū?  
spirituales itaque medicinas, quācum  
in vobis est, illi sanando querite. Ad-  
monitiones nimirum, orationes, ieiuni-  
nia, morum vestrorum emēdationem:  
vera & vnica, Ecclesiæ Dei arma. Sed,  
obsecro vos, an non vobis summa illa  
Regum nostrorum Christianissimorū  
& Catholicorū, diligentia & sollicitu-  
do satis est, qua ad vnam Apostolicam  
Rom. religionem subditos suos redu-  
cere, summis operibus, conati sunt?  
Quid tot horrendis ignibus? quid tot  
ciuium nostrorum miserabiliter sparso  
sanguine? quid tot cruentissimis præ-  
lijs? Quid denique calamitosa illa to-  
tius Regni ruina profecimus? An non  
ipſi illi, qui hodiè vobis imperare vo-  
lunt, tūm & exercituū ductores, & bel-  
lorum faces fuēre? Nónne ipsa satis ex-  
perientia docuit, nec ferro, malum hoc  
curari, nec igne? Nónne experti sumus,  
vnicam tumultuum istorum ciuilium  
diem

diem praui militis effræni licentia, ma-  
ius Ecclesiæ Dei scandalum maiorem-  
quæ ruinam inferre, quām totos annos  
vitæ tranquillæ & pacificæ? Pace stabi-  
lita, suum cuique tribui potest : Pium  
Deo cultum reddere; debito Regē ho-  
nore afficere, Ecclesiasticorum securi-  
tatem cueri, magistratus reuereri, No-  
biles obseruare, Populū oneribus sub-  
leuare, cuilibet denique in rectè viuen-  
di viam, à qua nos sœua bellorum tem-  
pestas abduxerat, redire facile est. Hę  
veri sunt militantis Ecclesiæ, & fidelū  
Pastorum effectus ; hi fructus quibus  
gloriari vnicē debetis. Viuos combus-  
imus, sanguine suo ignes restinxerunt  
aquis submersimus, sub ipsis aquis mul-  
tiplicati sunt; dormiétes interfecimus  
paucis pōst diebus resurrexerunt : ar-  
mis ipsos pressimus, sed nondum op-  
pressimus. Itaque si considerabimus,  
qua nos ratione erga illos haſtenus  
gesserimus, nihil nobis aliud reliquum  
esse depræhēdemus, quām vt, mutuis  
confecti vulneribus vnā pereamus: aut  
vnicuique in conscientiæ suæ liberta-  
te, liberam viuendi potestatem conce-  
damus: salutis alienę haut ita in poste-

rum studiosi, ut inuitos, ni velimus & armis in cœlum pertrahere: sed, vultis me vobiscum aperte more maiorum, loqui? Superbae illæ pompaे vestre, fastus intolerabilis, insatiabilis ambitio crassa hominum vestrorum ignorātia, malum hoc nobis pepererunt. Nihilominus cùm Ecclesiam ruentem cernatis, quis eam vestrum, obsecro, pieta- te, caritate, innocentia, doctrina fulci- re conatur? quis vitam suam ( paucos excipio ) emēdare studet? quis, vti de- cet, Ecclesiæ bona distribuit? Nónne Episcoporum, aliorumque Ecclesia- sticorum luxu, refertas adhuc princi- pum aulas, vrbes, rura ipsa cernimus? Tot Abbates, quos Commendatarios vocant, nullam religionem profesi, Ecclesiæ redditus, pauperibus debitos, deuorant. Tot beneficiarios, Epicuri de grege, pluribus onustos Episcopa- tibus, Abbatibus, Prioratibus, parochijs partim sub titulo, partim sub cōmen- da possessis, videmus, qui earum nullā nisi locandorum fortè redditumcausa, unquam visitarunt. Sacra interim tem- pla, verustate corruunt; sacerdotes ab ipsis sacrati, miseri, victum ostiatim quæri-

quæritant; pauperes, ad ianuas ipsorum prostrati, fame enecantur. Ut verbo rem expediam, Numos illi, quibus abundantur, ad omnis generis fordida & obscœna vitia, abunde habent; quibus pie & Christianè, ex officio utantur, non habent: ne ad hoc quidem, ut prædicari Dei verbum (quoniam præstare ipsimet, aut non possunt aut contemnunt) cultum Diuinum administrari, iuuentutem institui curent.

Nemo enim ignorat, Carolum numerum Regem (cui Deus propitius sit) & Henricum tertium, qui hodie Rex est, cum in ijs vrbibus essent, in quibus celeberrimæ hujus Regni Academiæ olim conditæ sunt, constituisse, ut quarundam Diœcesium Ecclesiastici, exiguum pecuniæ summam conferrent, quæ augendo Doctorum stipendio esset. Impetrare tamen, à Middis istis, boni illi viri, quibus iustitiae & virtutis semina debemus, nihil unquam potuerunt. Nunc vero pecunijs, effluunt, quibus Regi suo, sub falso defendendæ Catholicæ religionis prætextu, illatum bellum, iuuent & sustentent. Sed frustra, antequam vol-

75 APOLOGIA CATHOLI  
met ipsos repurgaueritis, emendare a-  
lios cogitatis. Deponite quæso, spem  
istam. Obijcitur enim vobis, festucam  
vos in aliorum oculis cernere; trabem,  
quæ vos excæcat, ex oculo vestro extra  
here non posse: Quare Moysis exem-  
plum non sequimini, qui, cum in Diui-  
nam Maiestatem, populus Dei, idolo-  
latria peccaret, non gladium, sed itiosus,  
in manus sumpsit, sed ad Deum clama-  
uit: Domine, inquit, peccauit populus iste pec-  
catum maximū, feceruntq; sibi Deos aureos: aut  
dimitte eis hāc noxam, aut, si nō facis, dele me de  
libro tuo quem scripsisti. Nos verò, ut Chri-  
stianos decet, viuam⁹, & relieta hac tē-  
porali crapula, mores nostros, ad Diuin-  
am normā, corrigamus. Quale de no-  
bis nunc, qui religionem reformatam,  
profittentur (quos hac de causa dudum,  
& sāpē infectati sumus) iudiciū faciēt?  
nēpē valdē contemnendū esse Docto-  
rem, qui in eūdem, quem reprehendit  
errorem, impingat. Sed & acriùs in vos  
insurgent; arma enim numquā, nisi de-  
fendendi sui causa, sumpserunt: vos vl-  
trō & primi Regem petitis. Regem su-  
premium semper Dominū suum agno-  
uerunt, regios Principes nunquam cō-  
tempse.

*¶ ad. 32, 31.*

temperunt; quod & Rex edictis suis  
fassus est: Vos exterios introducere, &  
promouere, contra Regiae Maiestatis  
dignitatem, vultis: Cōtra Regē, inquā,  
qui antequam Rex esset, & postquam  
ad Regnum peruenit, ut furoribus ve-  
stris satisfaceret, & cruēta concilia ex-  
sequeretur, de vita sāpē sua, fortunisq;  
Regni periclitatus est. Qui vos, igitur,  
nunc stimulus agit, ut vos Ecclesiastice  
tranquillitatis hostibus adiungatis? im  
periū vestri, Regis vestri, Regiorumque  
Principū hostibus? & Regis certè Chri-  
stianissimi, Catholici, Deum timentis,  
qui vobis, vi & armis, omnibus deniq;  
viribus, conatus est parare, quod quæ-  
ritis: supra, fortasse, quām factum opor-  
tuit. Arbitror enim, & experientia do-  
cuit, morbum quanto magis irritatur,  
tanto magis crescere. Sed hac in re o-  
ptimum & bonis viris atque sapienti-  
bus usurpatum concilium erit, certum  
habere, hanc quæ reformata dicitur,  
religionē, si ex Deo nō est, nullo nego-  
tio, absq; vi vlla, sponte sua, peritura q-  
modo & superiores hæreses: si verò ex  
Deo est, & à Sp. sancto, quicquid tenta-  
uerim⁹, opus suū Deus certè perficiet.

Act. or. p.

Sed (nisi malitia forte quædam vos agitat) itane estis excæcati, ut Catholice Religionis zelo duci credatis, coniurationis huius (sanctum fœdus, impudentes, vocant) auctores? si ita sit, quare eos Regij sanguinis Principes, qui nobis Catholicæ supersunt, ex Ecclesiæ Rom. præscripto viuentes, ab omni reformatæ istius religionis suspicione alienissimos, in tam sancti fœderis societatem non vocarunt? Scimus Cardinalem Borbonium, (cuius ætati illudunt illi, cuique gladium, quo in sanguinem suum sœuiat, tradiderunt, cum ei antea optimam maximam Ecclesiasticorum bonorum partem blanditijs expressissent, fratris eius filijs improbè defraudatis) hunc, inquam, ipsum scimus, antequam affectum omnē suis debitum exuisset, cum ei sanctum, sci licet, fœdus subscribendum offerretur, petisse ut & Cardinalis Vindocini, & Princeps de Conty, & Comes Suessinum, fratris filij aduocarentur: quod audire boni illi viri noluerunt. Quare, obsecro, & Dux ipse Montpensierii, & filius eius Dombéfis Princeps, Principes Religioni Catholicæ addictissimi, su-

mi, suspecti sunt: Nisi quod ex Borbonijs sunt, quorum funditus euertere familiam statuerunt, ut eò facilius Regni veluti vacantem possessionem, inuadant. Cardinalis interim Borbonij senectae & caducæ ætati innituntur, eoq; tamquam signo militari, ad arma sua conuocanda & confirmanda abutuntur. Illos admittere noluerunt, quod eos Cardinale perspicaciores, ad imprias fraudes detegendas, fore vererentur. Et si posteà in incerto, tāquam sub alia, poneretur, ad quem Regnum, quo de agitur pertineret, valde verebantur, ne populus Principes illos, tamquam Regiæ familiæ membra, & successioni Regiæ, ordine suo, idoneos, sequerentur: saltem, Francica Nobilitas pudendo rubore suffunderetur, si tyrannicam alienigenarum dominationem, legitimo Principū geminorū imperio prætulisset. Sed noua non est, Hispanicorū istorum mancipientium, in Regiam Borboniorum familiam, inuidia: vetus est odium, & diu occultatū: Apparuit autē cùm Vindocini Dux, huius Nauarreni Regis pater, Regni Nauarræ heredem uxorem duceret, quam è maiori-

bus istorum unus, ambiebat. Duce  
certè Montpenserij priuatum oculis &  
iudicio iudico, si ex amica illa Aurelia-  
nensium salutatione, qua nuper, Aure-  
lianum nomine Regis adueniens, tor-  
mentis bellicis peritus, repulsus est, si  
inquam inde animos coniuratorū non  
videt, & agnoscit non ad defendendā  
Religionem Catholicam (quam nemo  
armis oppugnat) sed ad Regiam fami-  
liam exterminandā, impias manus ar-  
ma sumpfisse: Iudicet & hinc de eorū  
animis quod sibi, in Comitatu Duci-  
Alençonij fratris Regij, qui tum in Bra-  
bantia erat, absenti, Britaniæ præfectu-  
ram surripuerunt, cuius nunc sibi pro-  
prietatē, hic marris, ille vxoris suæ no-  
mine, iudicant. Sed Regem spero, si  
eum pellere iusta possessione tentau-  
rint, ius suum retenturum, aut amis-  
sam possessionem reciperaturum, cau-  
sam deinde eorum auditurus & exa-  
minaturus.

Iam, ut ad vos Ecclesiasticos reuer-  
tar, ingens vobis istorum hominum in-  
Catholicam Ecclesiam studium, mani-  
festissimè demonstrabo. Cum irritæ eo-  
rum in Argentinam ciuitatem machi-  
nationes

nationes successissēt: cuius diuiti p̄æda, amplas se opes cōsequuturos arbitrabantur, etiam ad Metim, Tullum, Vertodunum, ciuitates celebres & ipsis commodissimas, occupandas, quarum deinde & reliquarum ad Rhenum ( quas suas sine sudore & sanguine fore p̄sumebant ) opibus, reliquum Regni Francorum aggredentur: Cūm, in quam, vana eorum consilia fuissent, Reformatos quos vocant, partibus suis adiungere tentarunt, non Religionis solūm exercitium liberum, iam antē ab Rege nostro concessum, permittentes, sed maiorem etiam, si desiderarent, libertatem, & idoneis cautionibus confirmatam promittentes. Liberos nempe masculos, & propinquos suos, in Germaniam, obsidum loco addiscendæ linguae Germanicæ prætexu-missuros. Docebant præterea, nullam esse, Religionem Reformatam, ut vocant, profesis, ab hoc Rege pacem aut securitatem exspectandam. Ex anteactis credere eos debere, Regem, quamprimum oblata occasione, pacis conuentiones violaturū. Regem Na-

*Nota Ensis  
fortun*

uarræ & Principem Condensem, tutissimis ipsis, neque auctoritatis satis, neque virium habere. Suæ denique fidei & tutelæ committere seipso debere, qui milites, qui Ecclesiasticos, qui prouinciarum Rectores sua in manu atque potestate habeant. Hæc ut commodius Reformatis proponerent, & facilius succederent, miserant ad Casimirum Ducem, defunctum Dominum de Maio, ut & eum etiam suas in partes pertransherent; & eo tamquam medio, ad conciliandos sibi Reformatos vterentur: offerentes fidei ipsius & prudentiae operes suas se omnes & vires commissuros. Reuocabant in memoriam, antiqua eum Caroli Magni stirpe, ex qua & ipsi essent, ortum: posse iunctis viribus, ex uno potentissimum Imperatorem, ex altero, magnum Regem effici. Capetios hæreditatem, quæ sua esset, diu nimis possidere: non esse diutius ferendam iniuriam. Et certè, cum Fera (Picardiæ oppidum) obsidione tenebatur, idem ille de Maio, quoscunque, aliquo modo male affectos videbat, callidè subscribendæ coniurationi, conciliabat; donec vulneratum, huius coniura-

iurationis Princeps intelligēs, per dis-  
positos equos aduolauit, vt scripta cō-  
iurationis capita, & articulos recipe-  
ret: Defuncto autem Maio, certos in  
ædes eius homines misit, qui chartas  
& scripta omnia diligenter perscruta-  
rentur. Nolite iam amplius credere,  
pietate in Deum aut in Catholicam Re-  
ligionem studio, homines istos duci:  
liberè pronuncietis, inexplebili eos  
ambitione laborare; & impium atq;  
detestandum huius Regni perdundi,  
eiusque ad se imperium transferendi,  
concilium cepisse: ad quod nefanda-  
rum suarum cupiditatum mancipia,  
aut crudelissimæ tyrātidis exsecuto-  
res destinat. Vobis dictum arbitremi-  
ni, quod olim Iōēl suis: Expergiscimini ē.<sup>Iōel. xi. 5.</sup>  
trij, & flete, & vultate omnes, qui bibitis vinū,  
in dulcedine, quoniam perīt ab ore vestro. Lu-  
geatis & vos, qui altari inseruitis sacer-  
dotes, quoniam terræ nostræ miserabi-  
les sunt; agri nostri sterilitatem suam  
plorāt; vineæ siccitate corruptæ sunt;  
oleum deminutum; agriculta ad ege-  
statem redactus est. Ploretis & vos Ec-  
clesiastici, qui Deo seruitis, & pia hæc  
verba sint vobis armorum loco: Do-  
mine,

mine, remitte huic populo peccata sua; & hereditatem tuam ne derelinquas. Quod vitam vestram attinet, dirigite vos ad Apostoli normam: Facti sumus parvuli, inquit, in medio vestrum, tamquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes vos,

1. Thessal. 2,7. cupidè volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis. Deponite odium omne; malitiam, fraudem, similitatem, inuidiam, detractionem abiicare. Lacte nos enutriatis, ad salutem: quoniam omnipotens Deus, mitis & dulcis est.

Ignoscite mihi, quæso: scio lenius ista vobis proponi potuisse: sed quid iuuat vulnus extremis digitis tangere; aut summa eius linimento labra demulgere, cum premere illud, ad pus, quo inficitur corpus exprimendum, oporteat? Cui usui turunda futura est, cum opus sit cauterio? Grati igitur, quæ dixi acceipite: ex media Ecclesiæ Catholice, Apostolicæ & Romanæ schola prompta sunt. Hoc enim mihi, summi eius Doctores vel inuiti concedant reportet, Conclaves illas vestras, quibus populum ad arma & sanguinem effun-

effundendum vocatis, Satanæ tubas ciuum fratrumq; vestrorum esse. Certe si arma alia queritis, quā ea quę Christianę religionis mansuetudo & pie- tas requirit; & nisi cum Tertulliano dicatis, malle vos interfici, quām interficere, iram vobis Diuinam prēnūcio: veraq; erit in vobis Malachię Prophe- tia: Vos receſſistis de via, & scandalizastiſ plu- rimos in lege: irritum fecistiſ pactum Leui, dicit Cap. 2, 8.  
Dominus exercituū. Propterea quod, et ego dedi  
vos contemptibileſ & humileſ omnib. populis.

Et incepit est quorundam vestrū x. querela quam, parūm prudentes ho- mines, inde capiat, quòd Rex à vobis, necessitate coactus, decimas aliquan- do exigat; & ad necessarios Regni v- sus, temporalibus Ecclesię bonis vta- tur. Iniusti certè homines: & auctoritä te illa abutentes, quam pr̄decessori- bus vestrīs, principum peperit indul- gentia, cùm eos, viros bonos, Ecclesię bona cerneret magna fide & diligētia inter pauperes distribuere: non vestra enim illa sunt, sed pauperū bona sunt. Nam & hoc vobis, obiter, in mēntem reuoco: diuitias & opes, verum & v- nicum esse Ecclesię venenum. Non in-

## 80 APOLOGIA CATHOL.

temporalibus bonis, & mundana illa  
magnificentia, vti Ecclesiasticorum  
plerisque Diabolus persuasit, Ecclesiæ  
dignitas si ta est: sed in sancta & lauda-  
bili pastörū vita, & in diuino cibo, gre-  
gi (cui dies noctesque inuigilare de-  
bent) exhibendo. Imò, vt rectè monet  
B. Ioannes Chrysostomus, Ecclesiæ il-  
la opulentia, & diuitibus & pauperib.  
suspectos vos reddit. Latronibus & ca-  
lumniatoribus exponit: curis, insidijs,  
iurgijs, litibus, odijs, timore, auaritia,  
perpetuaque sollicitudine vos agitat.  
Prodit vos hæc temporum nostrorum  
miseria; cum maxima Ecclesiasticorum  
pars bellum gerit aut souet, ne quid i-  
psis de tam amplis reditibus, quos pau-  
peribus improbè detinent, decedat.

Hinc facile cognoscimus, nihil nobis  
in hisce hominib. amplius restare quā  
vanam umbram, & dolendam memo-  
riam, atque incredibile prisca illius

Ecclesiæ Christianæ desiderium, quæ  
Deut. 12. et 14. pietate nascitur, pietate augetur; pietà  
te stabilitur: Ea de causa, nihil unquam  
Apostoli possidere voluerunt; & olim  
Leuitæ eorumque viduæ & orphani, à  
populo Dei victum accipiebant. Tum  
etiam

*Homil. 84. in  
Math.*

*Deut. 12. et 14.*

tiām, cūm Ecclesię visum est certi ali-  
quid tenendum esse ad pauperum &  
pastorum sustentationem, administra-  
tio & distributio ijs mandabatur, qui  
ad id ab Ecclesia essent electi: quia tūm  
& populus & principes populi, iurati  
fidei hostes, & sponsæ Christi perse-  
quutores erant; aut fidei saltim infir-  
mæ, zelo & pio ardore destituti. Pecu-  
niæ itaque illę publicę, Episcopi fidei  
cōmittebantur ut qui esset pietate ce-  
teris illustrior & fidelis atq; sancta di-  
stributione insignis: ut potē qui tantū  
sibi solummodo reseruaret, quantum  
erat ad victum necessarium. Chrysan-  
tum scribit Socrates, duos tantū pa-  
Sofom. lib. 8.c.  
12. Socr. lib. 7.  
cap. 25.

nes, sibi ad diurnum victum desumpsi-  
se. At cūm episcopus, publica illa pecu-  
nia, apud se deposita, ad priuatos suos  
vſus, semel abuti cœpit, & furtum ei us  
rei facere, quæ ei tamquam dispensato-  
ri, rationibus reddundis obnoxio, cō-  
missa erat; cœpit etiam ceteris Eccle-  
siasticis opulentior esse, & artibus Sa-  
tanę prostratus, in luxum delabi: nem  
pe Satana opibus istis, tamquam ma-  
chinis, sanctitatem Ecclesiæ Filij Dei  
expugnante, & insigñem splendorem

## 82 APOLOGIA CATHOL.

corruptis eius principibus, obfuscatis

Statim autem atque Principes Religionem Catholicam amplexi sunt, dispensatores etiam & oeconomi bonorum Ecclesiasticorum esse voluerunt, ut quae Reip. cui ipsi imperarent, partem facerent. Namque ut & Optatus Milevitanus sentit, Respublica non est in Ecclesia, sed è contra, in Republica est Ecclesia: & sub terrestris Reipub. auctoritate, cœlestis Ecclesiæ splendor elucescit. Itaque Constantimum M. custodem & distributorē honorū Ecclesiæ fuisse legimus, veterū Regum Iude exēplo: inter quos Ioas, sacerdotis Ioadē cōfilio, pecuniā à populo ad restau rationē tēpli collatā, ne fortè ab sacerdotibus malē administraretur, in arcā reponi, & uno è suis præsentē distribui iussit. Et certè primis illis tēporib. sub auctoritate & potestate Principū Christianorum posita erat Ecclesia, non solum ad temporalium honorū eius administrationem, sed ad officiorum etiā iurisdictionis & ordinis Ecclesiastici corum correctionem: propter illam quam supra citauimus, Africani Episcopi

*Arg. ad Par-*  
*titon.*

*2. Reg. 12.*  
*2. Paral. 24.*

scopiationem. Morem illum Ecclesiae veteris ut probem, neque apertius, neque maioris auctoritatis testimonium requiro, quam illud Augu<sup>st</sup> Ep. 64 stini cum penes Imperatorem Constantimum ait fuisse Ecclesiasticarum causarum cognitionem. Et in Ieremiā Beatus Hieronymus elegantes rationes adducit: eiusque à Gratiano in Decreto opinio confirmatur. Hac certe cura & diligentia, studium & pietatem suam Reges in Christianam Religionem declarant. Narrat in hanc sententiam Beatus Gregorius Imperatores & Reges Christianos donare Ecclesiās, & conferre consueuisse: & co-guntur Canonistæ Baldus, Archidiaconus, Panormitanus fateri, potestatem illam Regibus, iure cōmuni propter Coronæ iura, competere, quod in oratione, de tradendis Basilicis, ante eos probauerat Ambrosius. Attamen sciunt, qui in historiarum lectione veritatur, quātas Germanicis Imp. Pontifices Romani, sup hac re Tragœdias exictarint, ita ut eos tandem causam defere re coegerit. Principalis huius auctoritatis, exigua sanè in orbe Christiano

2. Reg. 23. 6. p.

Deut. 17.

Bald. in pro-  
am. decret. Ar-  
chid. in c. le-  
tis. 63. dist. Pa-  
norm. in c. v.  
niens. extr.  
de accus.

vestigia supersunt: sola Liliorum mā  
iestas hoc tibi ius integrū haētenus &  
illibatum conseruauit, & vti spero, con-  
seruabit, si viri boni, genuini Franci, of-  
ficio suo, ad quod Sacramento huius  
Regni dignitati naturaliter debito, ob-  
ligantur, deesse noluerint. Quos igno-  
rare nolo, ob hoc prēcipue Pontificem  
tantopere insistere, vt Conciliabulum  
suum Tridentinum in Franciam intro-  
ducat; & ad hoc vt diminuatur aut  
funditus euertatur huius Regni nostri  
dignitas, auxiliari Hispanum, per mi-  
nistros & procuratores suos, ingratifi-  
simos huius Regni nutritios. Ea enim  
semper fuit huius Regni dignitas, vt  
Rex in Ecclesiasticos omne & summū  
ius haberet: & sub eius auctoritate, iu-  
dices & officiarij, in Parlamentis, ma-  
joriq; Concilio, deuoluta ad ipsos, per  
Maiestatis suæ subditos appellatione  
quæ in hanc rem inuenta, tanquam de ab-  
usu, à pragmaticis dicitur, ius sibi, à pri-  
ma inde institutione conseruarunt,  
annullandi & rescindendi quicquid  
contra sancta Decreta, leges Regias,  
edicta, constitutiones, Senatus consula-  
ta, à Papa, episcopis aut alijs delegatis  
Eccl-

Ecclesiasticis pronunciatū, constitutū,  
 iudicatū aut decretū fuisset. Quia Prin <sup>c. principes.</sup>  
 ceps reuera Ecclesiasticæ disciplinę  
 custos est, vindex & reformator, ut  
 prisci illi Episcopi, & melioris notę  
 Pontifices, nostris minus ambitiosi, se-  
 piissimè publicè fassi sunt. Ex Ioannis  
 2. Pontificis epistola, ad Iustinianum <sup>Littere claras.</sup>  
 Imp. quę Codici inserta est, clarissimè  
 apparet, eo tempore Ecclesiā sub potesta <sup>c. de summ.</sup>  
 te Imperatoris fuisse: idemq; ex primo <sup>trin. c. vides.c.</sup>  
 fi. 10. distinct.  
 Codicis Iustiniane licet obseruare; &  
 Nouellis eiusdem Constitutionibus.  
 3. 5. 6. 16. 37. 56. 57. 58. 59. 67. 83. 117. 123. 133.  
 146. & posterioribus Tiberij 2. Basilij,  
 Leonis Philosophi, Alexij, & aliorum  
 Orientis Imperatorum. In Francia aut  
 nostra, Papa & Ecclesiastici, ordinarias  
 collationes semper à Regibus nostris  
 factas, negare non possunt: & testantur  
 Gregorius Turonensis, Aimoinus, ce-  
 teriq; nostrates Historici veteres. Et no-  
 tę sunt preclarę illę constitutiones &  
 reformationes à Clodoneo factę, in Sy <sup>Aimon. lib. 3. c.</sup>  
 nido, eius iussu Aurelianis congrega-  
 to; item à Dagoberto ( si Flodoardo <sup>55. lib. 4. c. 83.</sup>  
 credimus) Childeberto, Pipino, Caro-  
 lo Magno, Ludouico Pio, Lothario,

Anges. in cap. (vt eorum capitula testantur) Philip.  
 Carol. Magn. po Deodato, S. Ludouico, in sanctio-  
 Clot. & Lud. ne pragmatica, anno 1268. Philippo  
 63 dist. c. volu Pulcro in anni 1303. edito, Carolo 5. Ca-  
 m. 11. q. 1. rolo 7. anno 1453. Carolo 9. in Aurelia-  
 Platin. in vita Gregor. 4. nensi ordinum conuentu, & hodiè re-  
 gnante Henrico 3. Quæ olim omnia  
 Ludouico 11. sapiēter à duobus Curia  
 Parlamenti præsidibus, totius curia  
 nomine proposita, & libello ad id co-  
 posito, explicata fuere. Et generales Re-  
 gni ordines, anno 1483. in ciuitate Tu-  
 ronensi cōgregatos, scimus à Carolo 8.  
 Ecclesiasticorū reformationē, vt quæ  
 ex eius officio esset, petijisse: Pontifice  
 nullam in Franciæ episcopos iurisdi-  
 ctionem aut causæ cognitionē haben-  
 te, vti iam ab anno 1407. sub Carolo 6.  
 generali edicto in Parlamento publica-  
 to, & in Curia tabulas relato, declara-  
 tū est: Imò ed etiam res aliquando de-  
 uenit, vt Pontificis bullas, & rescripta,  
 contra Ecclesiæ Gallicanę libertatē, &  
 Regis nostri maiestatē data, oblitera-  
 ri & dilacerari Curia iusserit. Pontifici  
 aut̄ ipsi ne Legatū quidē in Fraciā, nisi  
 Maiestate sua permittente, mittere li-  
 cet, idque saluo Regni iure, vt anno  
     mila-

millesimo quadringétesimo octuageſi  
mo quarto, Senatus consulto iudicat̄  
eſt: & ſaepē ſenatus, legatorū, Rege ap-  
probante miſſorū, auſtoritatē reſtrin-  
xit, ne quid in Regni iura attentarent.  
His limitationibus & libertatibus ni-  
hil vñquam Pontifex oppoſuit. Cūm  
igitur Episcopatus vſtros, Abbatias,  
ceterasque Eccleſiaſticas dignitates à  
Regibus poſſideatis, & ordinis ve-  
ſtri constitutio, morumque emenda-  
tio iuris Regij ſit, quare obſecro, poſt  
Sanctum Ambroſium non inferam,  
Regibus licere temporalibus Eccle-  
ſiae bonis, abſque Pontificis auſtorita-  
te, vrgente neceſſitate, & Regni com-  
modis vti? eaque vendere aut quoquis  
alio modo alienare, ſeruato ſacerdo-  
tibus, alijsque diuino cultui destina-  
tis vietu neceſſario? Nam & vos ſci-  
tis, quicquid de bonis illis præter ea  
quaे ad vitam neceſſaria ſunt, deſu-  
mitis, furtiuum eſſe & latrocinio par-  
tum, eoq; nomine ſanctis decretis no-  
tari ex Apoſtoli auſtoritate, qui vos ali-  
mentis & veftimētis contentos eſſe iu-  
bet. Et canonib⁹ veftris ſeu erē iniun-  
gitur, ne quē fratrū aut propinquorū,

*Orat. de macta  
Basil.*

*e. episcop. p. 10.*

*q. 2. c. episcopis.*

*12. q. 4.*

aut aliorum in bonorum istorum part  
ré vocetis. Ideo cū cognouisset Eccle-  
sia, prædecessores vestros, opinione,  
quā de pietate ipsorum Imperatores  
Christiani conceperāt, abuti, & in bo-  
norū Ecclesiasticorum distributione,  
quam piorū Principū, integritati epi-  
scoporum nimis fidentium, indulgen-  
tia, reciperauerāt, male versari; denuo  
vos hoc iure meritò priuauit; vobis-  
que hac administratione, quarto Car-  
thaginensi Concilio, prorsus interdi-  
xit, & generali Chalcedonensi Conci-  
lio, sub Martiano Imp. Oeconomi, in  
hac ré, qui neq; presbyteri essent, neq;  
Ecclesiastici, constituti sunt; & eorum  
dē, septimo generali Concilio, sub Iusti-  
niano primo Imp. auctoritas renoua-  
ta; constitutūq; vt Archiepiscopi soli,  
e. cum scimus.  
9. q. 3. Nouell.  
6. 7. G. 133.  
8. ad Cor. 16.

ad hoc. 25.

vt Archiepiscopi soli,  
ad eorū electionē vocarētur meminit  
ipse Iustinianus. Grauiter conqueri-  
tur B. Ioannes Chrysostomus, quod si-  
bi sui temporis Episcopi, & Ecclesiasti-  
ci, bonorum Ecclesiae administrationē  
& distributionem sumerent: & Home-  
lia 86. in Matthæum tantundem, in-  
quit Sæctus ille pater, laboris eos & o-  
peræ temporalium atque spiritualium  
admis-

administrationi impendere. Iam ipsi-  
met Apostoli, pecuniarum in commu-  
ne collatarum distributores esse nolu-  
erunt. Magnus ille noster legislator & lib. 1.5.8.  
Rex Carolus, de bonis Ecclesiæ ad pri- & 83.  
uatum commodum trâsferri quicquā  
prohibet; omnia in pauperū vſus con-  
uerti iubet. Notum est quo ordine, in  
quas res, reditus Ecclesiasticos, Eccle-  
sia distribui voluerit. Refert B. Grego- Greg. in Reg.  
rius, quattuor portiones ſepius fieri fo- lib. 12. c. 1.  
litas, quarum vna episcopi eſſet, eiusq;  
exiguæ familiæ; pauperum præbyte-  
torum, aliorumque Ecclesiasticorum  
altera; tertia, reliquorum pauperum;  
quarta templis, ſacrisque ædificijs re-  
ſtaurandis, Hodiè quominus ita pro-  
cedatur, Episcopi, & Abbates nostri ca-  
uent ſedulo: ſocietatem Leoninam, cu-  
ius leges noſtræ meminerunt, diligen-  
ter obſeruant: & Presbyteros, aliosque  
pauperes facile patiuntur, portiones  
ſibi, prout lubet, ſingere; modò ad earū  
petitionē non admittantur. Et ſi quan-  
do forte, Princeps aliquis, neceſſitate  
exigente, de nimio eorum luxu, parti-  
culam ad vſus Regni neceſſarios tran-  
ſtulit, miras ſparſerunt fabulas: hunc à

Diabolo raptum; illum, in inferno visum, alterius in sepulcro cadauer non repertum, & similia complura, quibus Christianorum historia septingentis aut octingentis annis, tamquam veneno infectas, legimus: Cum tamen Regum & dominorum suorum voluntati obedire taciti debuissent: sub quorum disciplina & imperio vitam viuere simplicem & pauperem tenentur; summis suis oculis, in humilitate & obedientia Christiana, ab ipsis Regibus, de Ecclesiæ & altaris, cui seruiunt, redditibus tantum accipientes, quantum, ad vietum necessarium, sufficit: At necessitati principum suorum legem dicere, & in eos, si quando necessitate publica vrgéte, bonis illis, bene utantur, clamorib. & armis insurgere, improbum est.

Vos itaque, Episcopi & Prælati, qui plerisque omnibus bonis viris tamquam Hispanorum, Italorum, & Lotharingorum, qui huic Regno, tanquam prædæ, inhiant, nefaria in Regem Regiosque principes adiuvantes consilia, suspecti estis, valde oratos volo, ut vobis Magnulphi Tholosatis Episcopi exemplum proponatis, ut à Gregorio

gio Thuronensi refertur. Cum enim Greg. Tur. lib. 7. cap. 37.  
 Gundoaldus quidam, qui Clotharij  
 primi filium se ferebat, Desiderio, &  
 quibusdam alijs huius Regni turbato-  
 rib. quales hodie nostri sunt, opem fe-  
 rentibus, diuisionem paternæ succes-  
 sionis, à Guntranuo & Childeberto,  
 Clotharij liberis peteret, narrat histo-  
 ria, impium illū Desiderium, aliosq; fa-  
 ctiosos homines, pīj illius Episco. ora-  
 tione, verū patriæ amore spirante, de-  
 territos, incepto destituisse. Dicitur e-  
 nim his verbis populū allocutus. Scimus  
 Regem esse Gunthramnū, ac nepotem eius, hunc  
 autem, nescimus unde sit. Elto e ergo parati, et si  
 voluerit Desiderius dux, hanc calamitatē induce  
 re super nos, simili; ut Sigulfus, sorte depereat:  
 sitq; omnibus exemplū, NE QVIS EXTRA-  
 NEORVM, FRANCORVM AVDEAT,  
 REGNUM VIOLARE.

Supradictis omnib. & ijs q; de subdi-  
 torū in Reges & Principes officio dicū  
 tur, respondēt trāquilhatis & Legum  
 huius Regni turbatores, Regē Nauarre  
 Francorū Regē nunquā futurū, nisi pri  
 ex veteri more, iam inde ab Clodoueo,  
 primo Rege Christiano, obseruato,  
 consecratus, inunctus & coronatus sit;

99 APOLOGIA CATHOL.

Neque natura sola, absque ceremonijs,  
in nouis Regis inauguratione yicitatis,  
Regem fieri posse. Ideo inferre audent,  
~~etiam~~ quæ supra attulimus concedun-  
tur, non conuenire tamen ea Nauarre-  
no Regi, cui Franci, non nisi post conse-  
crationem, & coronationem, obligati  
futuri sint: ad consecrationem autem  
& coronationem ab Catholicis non ad-  
missum iri, nisi religioni, quam Refor-  
matam dicunt, renunciauerit. Itaque si  
ei se opponant, non Regi, sed ei qui ad  
Regnum adspiret sese opposituros.  
Certè hic est totius rei nodus & diffi-  
cultas; & hic præcipue imponere rerū  
imperitis hominibus student. Sed non  
patiar eos diutius ignorare, in successi-  
uis regnis, quale nostrum est, Regem  
semper viuere, ita ut defunctus Regnū,  
ipso iure successionis, agnato proxi-  
mo relinquat. Itaque etiam ante coro-  
nationem, verus est & legitimus Regni  
Dominus. Etenim nihil aliud est coro-  
natio, quam honoris declaratio & pu-  
blicatio; dignitatisque iam antea, iure  
naturæ & successionis lege acquisitæ,  
nota: Iam autem ipso iure acquisita di-  
gnitas, declaratione ista successoris nō  
egat;

*E proponeba-*  
*per ff. de ind.*

*a venerabilem*  
*de elect.*  
*e quoniam Ab*  
*bas. de off. de-*  
*leg. e. si gratio-*  
*fē. de descr. in 6*  
*Ruse. in tract.*  
*de iur. reg.*

éget: quia non simpliciter defuncti hereditaria est, sed consuetudine & lege, <sup>Guil. de Mont-</sup>  
 in ipso mortis Regis præcedentis articulo, defertur: ita ut naturalis successor  
 non in proprietatem solum & ius Regium, sed in plenam etiam possessionem  
 & fruitionem, ipso illo momento veniat. Et volunt interpretes nostri, in Franc. Bald. in  
 causis feudalibus, successorem, ipso e-  
 tiam prædecessore viuo, haberi pro domino, & absque noua inuestitura esse  
 quasi possessorem. Idque ita, in Francia cap. i. de feud.  
 nostra, maximè absq; controuersia, ob- cogn. vbi glos.  
 tinet. Ideo subsequens coronatio, Re- Bal. in L. cuan-  
 gni quoddam est insigne tantum. Et fa- ti quioribus. C.  
 cilie hoc mihi viri boni dabunt, conse- deiur. delib.  
 crari & coronari Regem, quia Rex sit, Barb. in rub.  
 non quia coronatus fit, Regem esse. A. C. qui admit.  
 lias facile latrones & tyranni, opibus ad honor. poss.  
 & potentia præualétes, legitimi Reges poss. Guil. Bro-  
 fierent; & hac cæremonia, possessionis lhius instil.  
 suæ causam mutarent. Populi Romani parlam. in tit.  
 legitimus Imperator erat, postquam elec- de feud. 6. ite  
 tus & salutatus fuerat. In electionis de consuet.  
 autem argumentum & testimonium,  
 coronam capiti imponebat; sceptrum  
 eburneum gestabat; purpureaveste in-  
 duebatur; viginti quattuor lictoribus,

34 APOLOGIA CATHOL.

fasces & securim ferentibus, comitatus  
incedebat. Moris etiam erat ignem Im-  
*Plut. in Artox.* peratorib. præferre, ex Regum Persarū  
veteri consuetudine. Solebant & ipsi  
Persarum Reges Pasargadas proficisci,  
ut in templo Armorum Deo, à sacerdo-  
tibus consecrarentur: ibi, deposita ve-  
ste, eam quæ Cyri maioris fuerat, ante-  
quam Rex esset, in duebant; præterea  
de placenta ex sicubus & therebinthi-  
na confecta, & de potu quodam ex la-  
ete & aceto mixto sumebant. Vetus  
*Iustin. lib. 43.* Græciæ Reges, diadematis loco hastā  
*Liu. App. Tac.* gestabant: aut scipionem, sceptrū Gre-  
*Valer. lib. 5. c. 7.* ci dicunt: Reges suos Romani coro-  
na aurea, poculo & scipione ebur-  
neo donabant, sella deinde culuris ad-  
dita est.

Cùm autem ad Christianam Religi-  
onem populorum animi iam conuersi  
essent, peracta solemniter Imperatoris  
electione, accessit & mos exigendi iu-  
ramenti, & aliquando, cautionis manu  
ipsius Imperator. electi, subscriptæ,  
qua in doctrina se, ab Ecclesia Catho-  
lica & concilijs œcumenicis recepta,  
permansurum, & in Ecclesia Dei ni-  
hil turbaturum promittebat: quo per-  
acto,

acto, coronam capiti eius Constanti-  
nopolitanus Patriarcha imponebat, <sup>Aimo. in lib. 3.</sup>  
adstante & inspiciente populo, gladio <sup>c. 36. 39. & 49</sup>  
eum cingebat, sceptrū porrigebat, au-  
reum digito eius annūlum inferebat.

Imperatorum Germanicorū, ex Caro, <sup>c. venerabilem</sup>  
li M. constitutione insignia, hæc sunt, <sup>de elect. c. Ro-</sup>  
sceptrum, ensis, lancea, vestis, torquis, <sup>manu, de iure</sup> iur.  
corona, crux globo imposita, clypeus,  
aquila duplex, & vexillum purpureū:  
& hæc ei ab Archiepiscopis, Coloni-  
ensi, Moguntino, Treuerensi tradun-  
tur: eadem ratione & Toletanus Ar-  
chiepiscopus Hispani Regis corona-  
tioni præest, Cantuariensis, Angliae,  
Moguntinus Bohemiae, Strigonien-  
sis Hungariae, Guesnaniensis Polo-  
niae, Vpsalensis Daniae, Tuonensis,  
Armoricae, quæ Britannia hodiè di-  
citur, Pompelunensis Nauarræ: uti a-  
pud nos Remensis Archiepiscopus  
Regem nostrum coronat & consecrat.  
Quamuis aliquando alio etiam loco,  
solemnitas illa celebrata sit, apud  
Sueffones enim Diuum Ludouicum,  
alios Aurelianis coronatos legimus.  
Ante Christianæ Religionis professio- <sup>Aimon. lib. 3.</sup>  
nem clypeo impositi, & eleuati, Reges <sup>cap. 61.</sup>

proclamabātur. Postea satius visum est  
solemnitatem illam in Ecclesiæ con-  
gregatione administrari, vt ea ratione,  
fidei qua se populus Regi adstringit, &  
officij, ad quod se Rex erga populum  
obligat, testis Deus aduocaretur: & vt  
eadem ratione populo vniuerso innō-  
tesceret, ex priuata eum conditione, in  
qua antea viuebat, ad imperium pro-  
motū. Quod primū ann. 461. in Leo-  
nis. Imp. inauguratione ab Anatolio,  
& postea ab Euphenio, in Anastasio  
Imp. anno 494. factitatum est: ab hoc  
etiam cautionem exactam legimus,  
quoniam fuerat antea, & erat tū, cū  
Imp. proclamaretur, Eutychianus: fue-  
rat autem, Eutychianorum heresis, an-  
no 455. Chalcedonensis cōciliij decre-  
tis, Imp. Martiano præsente, damnata.  
Posterioribus temporibus, post Iusti-  
niani 1. mortē instituerunt vt & à Con-  
stantinopolitano Patriarcha Imperato-  
res consecrarentur, inungererūt, & au-  
rea corona, in conuentu Ecclesiæ, Re-  
gum Iuda exéplo, coronarērūt. Quod  
in Iustino 2. Imp. primū obseruatū,  
in Occidentem deinde ab Leone 3. trā-  
llatum est, in Caroli Magni persona,  
ante

ante quem, aut paullo certè ante eius tempora, haut facile reperias Francorum Reges vngtos aut consecratos, sed coronatos tantum: ut ex Gregorio Turonensi manifestum est. Itaque in prima Regum nostrorum familia, solemnitas illa locum non habuit. Primus in quo usurpata est, Pinus fuit, Caroli Magni pater, mandatu Zachariæ Romanorum Pontificis consecratus, intunctus & coronatus à Bonifacio Archiepiscopo Moguntino: quia, opinor, familiæ suæ primus, ex priuato ad Regni fastigium peruererat: Quo defuncto idem, in Carolo Pipini Fratris cum Rex Francorum constitueretur, Stephanus secundus usurpauit; quem denuò consecravit, inunxit & coronauit, Adrianus Papa, cum Regem eum Longobardorum declarareret; & deinde Leo tertius, cum nomen Imperatoris assumeret. Eadem deinceps in cæteris Franciæ Regibus solemnitas retenta est, non quod Reges illa faciat, sed ut publicum sit testimonium Christianos eos esse, & Catholicos, & ad culmen Regium, ut ceteris imperent, prouectos. Ideoque

98 APOLOGIA CATHOL.  
primi Impp. Francici Ludo. Pius, Lo-  
tharius, Ludouicus &c. & ceteri, naturali  
successione Reges, ad Imperium pro-  
moti, Imperatoris titulum, non ex co-  
securationis aut coronationis die sume-  
bant, sed ex die quo à patre, aut alio  
prædecessore, Imperij successores no-  
minati erant, annos Imperij numera-  
bant, coronationis sollemnitate ne-  
glecta, ut ex veteribus illius temporis  
instrumentis apparet.

Imò notant historiæ Carolum Cras-  
sum, Ludouici Pij filium natu minore,  
primum omnium in annis Imperij sui  
notandis, rationem habuisse diei, quo  
consecratus Imperator fuisset, neq; Au-  
gusti nomen sumpsiisse ante 8. Kal. Ian.  
anni octingentesimi sexagesimi sexti,  
quibus inunctus ab Ioanne 8. Papa, &  
coronatus fuerat: astutè certè, quia ad  
Imperium successionē non veniebat: à  
Ludouico enim neq; nominatus neq;  
institutus heres erat, multò minus ele-  
ctione vocatus. Docent autem historiæ  
dignitatem eum Imperoriam à Pon-  
tifice magno pretio emisse, quod ap-  
tiores alij ad eā, & propinquiores ad-  
spirarent, Ludouicus nempe, qui eum  
ætate

State vincebat, eiusq; filij, Germaniæ Reges: hi ne, quod debebat, meritò & iure præferré tur veritus Carolus, p̄occupare voluit; ideoq; inungi se prius à Pontifice curauit. Itaque, ut huic disputationi finem imponamus, nihil solemnitas illa ad ius successionis Regiæ facit, sed dignitatis nota est nuda & simplex, in eius gratiam introducta, quem natura aut lex, aut elec̄io legitima, Regem constituit. Et fallit ille & impudenter imponit, qui persuadere conatur, eum quem legitimum Regem vestrum Deus nasci voluit, qui & lege Regni Rex vester sit, nihil in vos iuris habere, nisi cōsecratus, inunctus & coronatus sit.

Quoniam itaque vobis demonstraui & hoc casu Nauarrenum Regem naturalem vestrum, verum & legitimum Regem, fore: nam & illi quamuis perfecta fronte homines, cogente veritate, Regij sanguinis proximum, seditionis suis libellis confitentur: & hoc mihi necessariò dabitis, facinus vos nefarium & impium perpetratoros, si Maiestati eius vos opponatis, aut aliquomodo resistatis:

Addam & hoc, nulla eum huius Regni lege aut consuetudine impediri, quo minus Regnum Regniq; insignia legitimè capiat, & Regni iure potiatur quamvis in Religionis suæ professione constanter permanferit. Imò hoc iure utimur, vt Religionem istam profesi, ad quaslibet hereditates capiendas admittantur: idq; ex Regum nostrorū edictis innumeris & constitutionibus publicatis atque approbatis, quę usurpantur cottidiè, & cottidiè supremarū Curiarum sententijs confirmantur, aliorumq; iudicū, qui sub Maiest. sue auctoritate in hoc Regno ius dicunt; qui que nobis amnestiam maximè & perpetuam præteritarum dissensionum & discordiarum obliuionem quantum possunt, inculcant. Sed qui Hugonotum Iudeo aut Mahometano comparat, næ ille affectibus suis, plus quam Catholicum & Christianum deceat, indulget, & ab recta ratione transuersus rapitur. Nam, vt hoc omittam, Regum eum nostrorum auctoritate suffultum, esse; hos minimè: si ad veritatis normā libero iudicio, nullisque nimis affectibus tamquam nebulis, offuscato rem examinare

examinare velimus, (cum bona Eccle-  
siæ Catholicæ venia dixerim, Catho-  
licū enim ego profiteor, & in fidei Ca-  
tholicæ professione mori exopto) qd<sup>r</sup>  
ad fidem ipsam attinet cōsentimus, de  
externarum ceremoniarū obseruatio-  
ne maxima ex parte quæritur, quas in  
Ecclesiā tempus, aut instituēdæ ple-  
bis studiū, præter sacræ Scripturæ tra-  
ditiones, inuexit. Cūm itaq; in prima  
illa Ecclesiæ ætate, vixisse absque illis  
Christianos, Deumq; nihilominus san-  
ctè coluisse cōcedamus, iniqui certè si-  
mus, si eorū, qui aboleri ista cupiunt, ra-  
tiones non audiuerimus, antequam  
dānemus eos aut pro hereticis habeau-  
mus: ne probationes, & causæ examē,  
condemnationis sententia præcurrat:  
neue iusta eis conquerendi, quod iam-  
dudū faciunt, occasio detur, iudicatos  
se antequam auditos, & latam in se sen-  
tentiā ob cōtumaciam, quam purgare  
parati sint, si liber eis, ad Ecclesiæ con-  
gregationē aditus concedatur. Neque  
est quod eos, longi tēporis exceptione  
repellamus, quia traditiones illas à ma-  
ioribus acceptas, & Ecclesiæ consensu  
receptas, tāto iam tempore possidea-

mus: non enim hoc solum argumentum  
causae obtainendae sufficerit, cum  
negari non possit, maiores nostros, à  
quibus illæ profectæ sint, homines suis  
se, & generis humani vitio labi, errare,  
decipi potuisse: ut ipsa nos cottidiana  
experiētia docet. Vnicum in eam rem  
exemplum proferam. Virgilius Salis-  
burgensis episcopus anno. 755. cum for-  
tè in concionedixisset, Antipodas esse,  
à Bonifacio Archiepisc. Moguntino he-  
re seos accusatus est, quod Antipodas  
constituēdō, alium etiā Christum con-  
stituere videretur. Causa apud Vtilonē  
Bauarię Regē agitata, Zacharię Papę  
iussu, omniū qui vñquam fuissent here-  
ticorū maximè detestabilis declaratur:  
tanta erat eo tempore in Antipodum,  
aut Aetæcorum ignoratione pertina-  
cia, quos tamen esse, posterior ætas do-  
cuit. Hæc à me non ed dicuntur quod  
ceremoniarum Ecclesiæ nostræ (qui-  
bus ego, Deo meo cottidiè seruio) in-  
stitutionem damnare velim: maxi-  
mè cum sciam in legum & consuetu-  
dinum immutatione, vrgentem esse  
debere necessitatē, & rationem mani-  
festam emēdandi eius, quod longo ré-  
pore

Avent. 3. Ann.  
Boior.

pore & visu receptum atque approbatum sit: sed ut doceam, nihil mirū est cūm ea quæ ab hominibus sunt, ab hominibus ad examen reuocantur, ut inde sciamus an eorum auctores Diuinæ voluntatis normam secuti sint, an ab ea discesserint: maximè cūd de tot mil lenum hominum, qui hac de causa & in posterum perire possunt, & iam nimium multi periēre, tranquillitate, vita atque anima disceptetur.

Præterea cūm omnis Prælatorum nostrorum culpa sit, qui in opere suo obdormientes, gregis sui institutio nem negligentes, eō rem adduxerunt, ut causas fidei & religionis suę ignorās plebs ab Ecclesia discesserit, & nūc fidei suę rationes requirat: necessariū mihi in primis videbatur, amicè cūm ijs agere, ferrum & ignē omittere, donec illi, causa benè examinata, & defēsione plenè intellecta, legitimè condēnati fuerint.

Sed & hoc amplius dicere ausim in Regnis & Imper. naturalē successionē, ab Regni ordinibus approbatam, tantū semp apud viros bonos & Catholicos fuisse, ut nihil vñquā, etiam inuitante

egregia occasione, ne heresis quidem Ecclesiæ auctoritate damnatae, & deuotæ causa tentare contra eam voluerint, quamvis & ea interrupta, meliorem sperare conditionem potuissent, & seruata, ingentes sibi & certas miseras præuiderent. Cōstantinus nonne iam ab Episcopis quibusdam Arrianae hæresis venenum hauserat, cūm patri, quamvis adolescens, succederet? Quid Zenonem & ipsum hereticū post Leonem sacerorum suum, ad Imperium promouit, nisi quod iure successio nis ad Ariadnam vxorem & Leonem iuniorem filium eius (quem auus heresem instituerat) imperium spectabat? Quæ obsecro, ratio, quod ius, ad patiēter ferēdam afflictionem istā Christianos mouebat? Constantinus tertius, & quintus, cūm Imperium sumerent, heretici erant: sed in legitimos successores nihil Ecclesia mouere voluit.

Ab Anastasio Imper. electo, qui Eutychiana heresi, Chalcedonensi Concilio damnata, infectus erat, cautio nem Patriarcha Cōstantinopolitanus, populusq; Cathol. exegit, Catholicum eū fore, aut saltē nihil eum in Ecclesia noua.

nouaturū aut turbaturū. Et certè præter solam hāc cautionem, ab Rege vestro non Catholico nihil exigere potestis, cùm vetus Ecclesia Christiana istorum sola fide Regia contenta fuerit. Molestus essem si infinita alia in medium exempla producerem, quæ ostendunt, sanctam Ecclesiam Regni leges nunquam temerè violandas duxisse, aut debitam Principi fidem, legitima successione, aut sollemni electione ad Imperium vocato frangēdam. Et quis, obsecro, temporis illius Episcopos, maiore, quām nostri sint, zelo, præditos, & vita sanctiore fuisse dubitet? Populo itaq;, quem religione & pietate regebant, deponendos, pellendos, in exilium amandandos hæreticos Imperat. æquè facile persuasissent, atq; in successionem, legibus Imperij debitam, recipiendos, fidemq; atq; obedientiam legitimam seruandam. An illis auctoritatē defuisse putatis tūm, cùm totus Christ. Religionē amplectetur orbis? cùm Ecclesia, utpote adolescentis, floreret? cùm essent iam super centesimum annum occlusa idolorum tempora, corumq; planè interisset, apud

amplissimi illius Imperij subditos, memoria? Adducam vobis quæ olim de Regum posteritate Ecclesia constituit, ne me fortè aut affectui indulgere, aut vobis fabulas proponere putetis. Audiamus igitur, in solenni Concilio conuocatorū Patrū verba. Sicut insolentia maiorum Regū odiosa & execrabilis semper existit subiectis, ita bonorum prouida utilitas amabilis efficitur populis. Quocirca quis ferat, aut quis talem errantem Christianum videat, qui Regiam sobolem, aut postritatem conetur exscoliare rebus, aut priuare dignitatibus? quod ne fiat cum generalis promatur de Principis filijs sententia, de praesenti excellentissimi Ch̄ntillani regis posteritate dantur apta decreta à nobis ut ea quæ

*Synodus, præterito anno in hac Ecclesia habitâ, constituit, circa omnem posteritatem eius, uniuersitas Regni consuet: hoc est, ut præbeatur filijs eius dilectio benigna & firma; & tribuantur vari loci opportunitas exhibuerit, defensionis ad minicula iusta, ne de rebus iuste profligatis, aut parentum dignitate procuratis, vel largitate principum vel alicuius impensis, aut etiam proprietate debitiis fraudentur quibuslibet insidijs calliditatis, neque à quoquam ledendi eos præbeantur argumenta machinationis: quia dignum est, ut cuius regimine habemus securitatem, eius post-*

*C. Tolet. concil.  
cap. 16. Bur-  
card. in De-  
repte.*

*J. Cone. Tolet.  
cap. 2. c. 3.*

posteriori, decreto Concilij impertiamus quietem. Sint autem haec ita ab Ecclesia constituta, aut propter eam quam à subditis, posteritati Regum deberi iudicabant fidelitatem, aut propter piam bonorum Principum recordationem (Dei exemplo, qui auctor & conseruator Imperiorum, afferre totum ab Iuda Sceptrum, propter Dauidem seruum suum noluit) etiam si nihil nos aliud quam tot bonorum Regum ex hac postrema stirpe felix memoria, commoueret, D. in primis Ludouici, familiæ Borboniæ parentis, quem ob vitæ integritatæ in Sanctorū numerū Ecclesiæ rettulit, cuiusq; nobis sancta debet esse & veneranda memoria, impij tamē perfidi, ingratisimus, si quid in Regia eius posteritate immunitare aut tentauerimus, aut etiam cogitauerimus.

Non ignorant viri boni, quo prætextu ingentes isti fidei Catholicæ clypei, impudenter abutatur. Primum Regem inquiunt Nauarrenum, cum ad Regnum peruerterit, Religionem Catholicam è Frâcia sublaturū; subditos, ad suam amplexandâ coacturū: Nimis crassam & ineptâ laruâ, improbis consiliis prætendentes. Ipsius enim Nauarreni

uarreni Regis anteacta vita contraria  
um euincet. Scimus & vidimus quanto  
studio, quibus supplicijs à Regibus  
Tuis perierit, & impetraverit, ut se su-  
osq; in conscientiæ suæ libertate, sub  
eorum Imperio, viuere paterentur. Qua-  
re eum nunc iudicabimus, aliam popu-  
lo suo, quam tūm sibi ipsi, legem dictu-  
rum? Quare libertatem eandem, quam  
sibi à Regibus Dominis suis, cùm pri-  
uatæ esset conditionis, concedivolut,  
ipse cùm ad Regnum peruenierit, popu-  
lo suo non tribuet? Est ne vobis verili-  
mire Principem Christianum, pruden-  
tem, in timore Dei educatum, animos  
subditorum suorum tyranicè premere  
& excarnificare velle? & religionē, per  
tot centenos annos, vnanimi Ecclesiæ  
cōsensu receptam, cogere? maximè cū  
suam ipse, in seruitutem cogi passus nō  
sit? Idem mihi præterea, quod tubis il-  
lis nostris bellicis, videtur, neque tūm  
vires eum, quas nec nunc habet tanto  
negotio pares habiturum; neque be-  
nè calculum eos ponere, qui tertiam  
Francorum partem Hugonoticam es-  
se, persuadere conantur: atque, ut sta-  
tum nostrum saluum cōseruemus, mu-  
ros

ros ei tantum nostros opponendos.  
Obsecro itaque vos, quare eum puta-  
bitis, conscientijs vestris vim illaturū,  
& ab ea vos religione, in qua tum vi-  
uentes inueniet, quamq; vobis caram  
intelligeret, vi abstracturum, cùm neque  
id perficiendi villam spem habiturus,  
& animos suorum, ea ratione, à se ab-  
alienatus sit? Annon hoc est nodum,  
quod aiunt, in scirpo quærere?

Nam quod aiunt Religionis Catho-  
licæ Apostolicæ & Romanæ exercitiū  
in Bearnia & inferiori Nauarra, in qui-  
bus summum imperium habeat, liberū  
non esse, callide & inuidiosè cōsingūt.  
Rectè enim ipsemet Rex Nauarræ, re-  
spondet, in Bearnia nūquam à se prohi-  
bitum fuisse; neq; interdictum villum,  
aut à se aut nomine suo propositū, ad-  
versarios suos producere posse. Imò  
comperient, inquit, statim se à morte  
Reginæ Nauarræ, matris suæ, litteras  
per Dominum de Granmont in Bear-  
niam misisse, quibus restitui Catholicę  
Religionis exercitium iubebat: noluis-  
se autem conuocatos Regni ordines  
mādato suo parere, quod plebis, teme-  
rariæ & ad ciēndos motus promptæ,

tumultus & seditiones vererentur?  
Nullos etiam tūm, aut certe paucissi-  
mos in ea prouincia[ Catholicos fuissē,  
qui mandati sui exsecutionem deside-  
rarent. Quid vultis amplius? Vulnus i-  
pse non inflixit; inflictū ab alijs, cura-  
re voluit; curationem nemo admisit:  
Quid præstare aliud medicus potest,  
quam potionem ægrotō salutarē mi-  
scere? eam si haurire ægrotus recusans,  
pereat, an non pertinaciam suam po-  
tius, quam eam qui utile ipsi remediū  
præscripsit, accusare debet? Ab illo  
tempore sæpius conuocati Regni ordi-  
nes, nunquam ab sua Maiestate, Reli-  
gionis Catholicæ restitutionem, petie-  
runt; quam & semper ipsis obtulit, &  
quandoq; desideratam eam videbit, of-  
feret liberā, dūm vita suppetet. Quod  
ad inferiorem Nauarram attinet, viget  
in ea Religio Catholica: imò quod ne-  
minem laret, non nisi duobus locis Re-  
formatæ Religionis ecclesiæ habetur.  
Neque à Maiestate sua, Regnum auspi-  
cante, quicquam aut in Bearnia aut in  
Nauarra nouatum reperietur. Aequum  
ne vobis, obsecro, videtur ob vanos i-  
stos pauores & rei, que nunquam fu-  
tura

tura sit, inanem timorem, miserum hoc  
Regnum immortalibus bellis perde-  
re? nosmetipso, ante tempus, præ-  
cipites dare? antequam dolorem yl-  
lum sentiamus, clamoso heiulatu om-  
nia replere? & præsumptione ista, ima-  
ginariæ calamitatis dolores accelera-  
re? Vultis' ne iam, sanos & immerentes  
nos cruci perpetuæ affigere? aut Cau-  
caso, quod nobis vitæ reliquum est, al-  
ligare? Annon Rex noster, & iuuensis  
est, & sanus & ita benè valens, vt & Re-  
gi Nuarren, & reliquis suæ etatis Princi-  
pibus superstes esse possit? Quid nos  
mouet, vt de gratia Dei desperemus?  
vt liberos ei Deum nunquam largitu-  
rum putemus?

Quod ad Regis Nuarreni protesta-  
tionē attinet, año 1584. Montalbani in  
ministrorū Religionis suę Synodo edi-  
tam, qua in suę illius Religionis profes-  
sione & propugnatione viuere & mori  
velle declarabat: Non video quare tam  
esse meticulosi debeamus, vt eum ideo  
vituperemus, aut ei irascamur graui-  
us. Multis scio protestationē illā ingra-  
tam fuisse; & ex ea, homines affectib. ni-  
mijis perturbatos, de Regis Nuarreni

xviij.

in

812 CAPUT SECUNDUM.

in Catholicos animo, sinistrè iudicasse.  
Eos ego, ut mecum haec perpendant, ob-  
testor. Primum Regem Nauarræ neq;  
nos, neque Rom. Ecclesiæ Religionem  
se exterminaturum profiteri: quemad-  
modum ei partibusq; eius Coniurati  
nostrí comminantur. Protestatio ita-  
que eius defensua tantum est, ideo-  
que amica etiam & humana, ob quam  
laudare eum potius, quam vituperare  
debeamus. quoniā idem & nos de Re-  
ligione nostra Catholica, Apostolica &  
Rom. profiteri certè debemus; & San-  
cto ad id Baptismi Sacramento, omnis  
fidelis Christianus obligatur: Reges  
imprimis & Principes, quos subditis  
suis pio exemplo præire decet: quoru  
fidei Confessionē publicas omnes Ec  
clesiasticas cōgregationes, Cōcilia, Sy  
nodos, tamquam exemplar intueri o-  
portet. Constat hoc enim semper ob-  
seruatum, ut qui Synodis istis adessent  
Imp. Reges, Principes, publicam fidei  
suæ confessionem ederent, eiusq; de-  
fensionem pollicerentur. Fidem facit  
Constatius M. in Concilio Nicæno; in  
Ephesino, Theodosius iunior; in Chal-  
cedonési Martian⁹; Iustinianus prim⁹,  
in

in sancto concilio Constantinopolitano; in Francofurtensi, Carolus Magnus alijque Christiani & Catholici principes innumeri. Cum igitur Rex Nauaræ, in ea, quam profitetur, religione educatus & institutus sit, & eius liberum exercitium Rex noster concedat, quare ei vitio vertamus si in Religiosa suorum congregatione profiteatur, in easc defendenda vitam transfigere, & finire velle? Maximè cum hoc non impeditat, quominus legitimo generali aut nationali concilio (si nationale ad hoc sufficere Regi senatuique eius visum fuerit) meliora doctus, rationi se submitat, statim in viam redeat; seque deceptum hactenus & ductum fateatur; adeoque arma, quæ nunc, prompta suæ tuendæ, profiteatur, pro Roman. Ecclesia defendenda sumat.

Iam & hoc, qui protestatione illa Regis optimi offenduntur, considerent, non leues eum ob causas congregationi Montalbini interfuisse: magni hoc momenti & ad existimationem eius, & ad Regni conseruationem fuisse. Notum enim est, & apud

exteras tota Europa nationes , & in  
hoc maximè Regno , sparsos callidè ab  
hostibus eius sermones, Regem Nuar  
renum, Religionis suæ ministros abs se  
remouisse , Missæ frequentem adesse,  
statuisse deniq;, quia Ducis Alençonij  
morte, Maiestati suæ & Regno propin  
quior esset, Religionis suæ professione  
deserere. Hac eum arte, veteratores, &  
suis tanquā desertorē, suspectū redde  
bant, & apud Catholicos, tamquā leuem  
& inconstantē, in contéptum adduce  
bant: ut ita neglectus vtrinq; & deser  
tus, improbae Coniuratorū cupidita  
tis, præda fieret , tamquā leuis, & pro  
positi parùm tenax: quod Christiano  
Principi vitium , fugiendum in primis  
est, maximè in fidei & religionis causa,  
quam mutare, nisi re benè perspecta, at  
que publicè, in Dei Ecclesia, priuatim  
in conscientijs nostris examinata, ne  
mo debet. Viri itaque boni ægrè ferre  
non debent, Regem Nuarrenum pro  
fiteri in sua se Religione viuere & mori  
velle, quę Regia auctoritate, Maiestatis  
suæ edictis, ordinum Regni totius con  
sensu publicatis, permissa sit. Neq; hæ  
reticum eum aut pertinacem dicere li  
cer,

Cet, antequam eius opinio, libero, generali aut nationali, prout cōmodum videbitur, Concilio legitimē conuocato, damnata sit.

Sed vultis vobis ostendam, quantum eius in Catholicos humanitati diffidendum sit? Conijciant, quæso, etiam ij qui affectibus suis maximè indulgent, in familiam & comitatum eius oculos? Mirabuntur, maximam domesticorum partem, Catholicos esse: & quo gradu? qua apud eum dignitate? Regiæ nempe personæ proximos, qui eum in manu quasi sua & potestate habent; quibus seipsum committit, in quorum fide acquiescit: ut sunt corporis custodes præcipui, cameræ priuatæ magistri, domus & Palatij præfecti, plebiq; alij, qui præsente ipso, sciéte, cōsen tiere, in ipsius comitatu Missā adeat, dī vino cultui interfint, ex Catholicæ Rō. ecclesiæ præscripto viuāt: habeātur de niq; ab eo, pro fidelibus & bonis familiaribus suis: quod sibi ipsis illi, viri boni & honesti, de eo promittere non possent neque ex animo ei inservire, si quod in eo diffidentię, & mali ani mi quod odium in Catholicos & similitatem soueret, argumētum agno-

scerent; aut si se ab eo (quod clam i-  
psos esse non posset) religionis cau-  
sa male haberi, aut diuino cultu pro-  
hiberi, aut conscientijs suis vim affer-  
xi cognoscerent.

Qualia qualia sint, quæ, supra ex-  
plicata, in Regem Nauarrenum dicun-  
tur, neq; vera neq; speciosa, non impe-  
diunt, quominus in animis virorum  
bonorum, & genuinorum Frácorum,  
ad Francicam coronam capiendam a-  
ptus & dignus habeatur: imò, quomi-  
nus iustus vester & legitimus Rex sit, ei  
soli fidem & obedientiam debituri, si  
fortè viuo eo, successioni locus fiat,  
quod auertat Deus: Namque, si Chri-  
stiani sumus, & in Regem nostrum a-  
liquo modo benè affecti, neq; ipse Na-  
uarrenus, neq; nos optare id aut de-  
bemus aut possimus.

XVIII. Veniamus ad cetera: & an Rex, qui  
imperat, noster in primis, aliū sibi suc-  
cessorem cōstituere & nominare pos-  
sit, quām eum quem natura ipsi & lex  
Regni dat, inquiramus. Facit hæc que-  
stio ad propositum nostrum: quoniam  
huius Regni turbatores, qui auida iam  
illud & improba spe deuorant, fœdus  
(san-

(sanctum ipsi vocant, sanguinolentum experuntur viri boni) cum Pontifice, Hispano & Sabaudo, coniuratis Francicæ Regiae familiæ hostibus inierunt: eorum se viribus numerosum exercitum confecturos sperant, quo in medium tegnum perducto, à Rege Christianissimo, amicè, ut aiunt, petituri sint, successorem Regni, ex suo ipso-rum arbitrio nominari. Quæ illa est improbitas yelle nos, emendicatis ar-mis, ad sacrosanctam successionis hu-ius Regni legem, cuius auspicijs tot secula regnamus feliciter, violandam cogere? Quæ temeritas est & audacia, eos, qui domi vix sibi victum habeant, tanti Imperij ordinem & constitutio-nem, tot seculorum felicitate stabili-tam corrumpere & tollere velle?

Impudentia certè insignis est, velle Francorum Regem, tantum Monar-cham, dominum suum, florentem æ-tatem, valentem, cui benedictionem posteritatis Abrahæ Deum largiturum speramus, ad successoris electionem & nominationem inuitum adigere, sed certè, certò sciunt Franci Regem se ha-bere bene institutum, magno & Regio

animo præditum, pium Dei cultorem,  
 existimationis suæ studiosum: qui nul-  
 la vi, nulla ratione adigi possit ut con-  
 scientiæ suæ, famæ, virtuti, memoriam  
 fœdam inurat maculam, quæ atro-  
 cum carbone notandi, posteris nostris  
 causam præbeat: nempe adeò fibi ipsi,  
 suoque sanguini inimicum fuisse, vt e-  
 as leges violaret, per quas, post conti-  
 nuam, ab ultima huius imperij origi-  
 ne, maiorum suorum seriem, ipse in Re-  
 gni solio constitutus esset; & Regni  
 coronam ab suis ad alienos transfer-  
 ret: ad exsatiādam temerariam eorum  
 hominum cupiditatem, qui validas se  
 vires acquisisse cernentes, Maiestati  
 suæ, absq; dubio, naturalem vitæ cur-  
 sum, solitis ipsis artibus, acceleraturi  
 sunt, vt locum eius, sceleratè occupét.  
 Quid non cogat enim ambitiosa re-  
 gnandi cupiditas? Præterea, supplex  
 veniam præfatus, liberè dico & verè,  
 Regi ipsi illud non licere; & Regnile-  
 ge, per quam ipse Rex sit, ea tangere  
 prohiberi, quibus illa ipsa lege, prouis-  
 sum sit: Legibus autem se alligatum profite-  
 ri, digna regnantis Maiestate vox est. Ita iu-  
 dicatum olim, atque etiam executioni  
 manu

l.digna. C.de  
 legib. & const.  
 princ.

mandatū est, à Parlamento Pariū Fracię,  
pro Carolo 7. contra conuentionē Troiae  
in Campania inter Carolum 6. Regē &  
Henricū 5. Angliæ anno 1420. in Mar-  
garitæ Caroli F. nuptijs, factā, qua vole-  
bat Carolus 6. Anglum aut ex eo ma-  
trimonio procreatōs mares, ad Regnū  
Francorum, exhaeredato Carolo 7. vo-  
cari. Et iā olim Doctores nostri tenēt,  
Bald. in l. ex  
fuisse ita semper obseruatum, & in per-  
petuum obseruatū iri, ex florentissimi  
hoc iure. ff. de  
hui⁹ regni Salicę legis auctoritate, quā  
abrogare Regi nō licet: quia tantū tu-  
tor sit, seu curator Regni, aut fructuari-  
us, cui, salua ejus substātia, administra-  
tio demādata sit: itaq; nec donare nec  
perdere poterit, aut de proximis agna-  
tis suis, aliter, quā lege Regni cōcessum  
sit, statuere; neq; in aliū, q̄ eum q̄ legiti-  
mē vocatur, quāuis odioſum ſibi, regnū  
trāſferre. Si habuerit homo vxores duas, diui  
nus inq̄ legislator, vñā dilecta, & alterā o-  
dioſā, genueritq; ex eis liberos, & fuerit filius o-  
dioſe primogenit⁹, volueritq; ſubſtātiā ſuā inter  
filios ſuos diuidere, nō poterit filiū dilect⁹ facere  
primogenitū, et præſterre filio odioſe, ſed filiū o-  
dioſe agnoscet primogenitū, dabitq; ei de hisqua  
habuerit cūcta duplia: iſte eſt. n. principiū libe-

Dent. 21.

rum eius, & huic debentur primogenita. Proximus itaque agnatus prædecessoris sui morte, creditor est, immo factus est dominus: neque tamen quicquam ab ipso possidet, sed vi & auctoritate legis & consuetudinis Francicæ possit. Ita de hoc nostro Regno expressè licet. de vot. Pa. loquuntur Ioan. Andreas, Baldus, Pa-  
norm. conc. 3.  
 Bald. in .9. il- normitanus, Iason. G. Benedictus, &  
 lud. de proh. ceteri, qui super hac re scripsierunt om-  
 feud. alien. nes. Ita ut qui aliter disponere velit, &  
 Iason l. nemo: vi maiore naturam violare, de consci-  
 ff. de leg. 1. Be- entia & anima sua periclitetur, & Deo  
 ned. in cap. rationem reddere cogatur: præter quā  
 Raim. vers. in quod quicquid constituerit, irritum fu-  
 eodē testamen- turum sit, & iure publico restitutiō  
 zo. extr. de te- obnoxium, cum maxima eius, qui ita  
 stam. disposuerit, infamia. Nemo odium,  
 quod Carolo 8. cum Ludouico Duce  
 Aurelianēsi, qui ad Regnum vocatus,  
 Lud. 12. dictus est, intercessit, ignorat,  
 & Caroli de Ludouico repellendo vo-  
 luntas, si cōsequi aliquo modo potuiss-  
 set, nihilominus etiam rūm locum &  
 dignitatem suam Lex Regni tenuit.  
 Nunc autem Regis nostri, in Nauarren-  
 num quem & affinē habet, animus ira-  
 notus est, ut facile à Rege Nauarrenum  
 amari

amari appareat; eiusq; omnino defensionem suscepturnus Rex ipse videatur: Tantum abest ut famam suā optimus Princeps, tam impio facinore lutulare velit, quod sibi tamen turbatores nostri pollicentur.

Cūm itaque liberare se Regni huius subditi, sacramento naturalibus principibus suis debito nulla ratione possent; neque Rex quicquam præter communem Regni legem constituere, videamus an hoc ius Romano Pontifici, tamquam Ecclesiæ capiti debeatur. Scio Papicolas omnes, qui veris Catholicis iniquiores sunt, ita credere & iudicare. Neque aliter sentit Augustinus de Ancon a Doctor Sorbonicus, libro ad Ioannem 22. Papam, in quo ne Regnum quidem Franciæ excipit: & Ioannes de Terano Papæ Urbani sexti Camerarius, in libro de Monarchia Papali. Tribuunt hi, Pontifici, tamquam Ecclesiæ capiti, omnem & spiritualem & temporalem auctoritatem, etiam super Concilia, quæ ipsa nihil in se iuris habere, ipse Pascalis Papa declarat. In eius decretalis expositione volunt Doctores Canonici, Pontificem, decreta

*c. significasti.  
extr. de elect.*

122 APOLOGIA CATHOL.  
Conciliij rescindere posse, & in concilium plenam auctoritatem habere: atque ita S. Rom. sedi addicti concludunt: quæ tamen opinio, ut hæreti-

*Constā.concil.* ca, generalibus Concilijs Constantien-  
*ſeß. 4. & Ba-* ſi & Basiliensi damnata eſt, præſenti-  
*ſel ſeß. 12.* bus Ioanne vigefimo tertio, & Euge-

*e.principue.* nio tūm temporis Pontificibus: Secun-  
*11. q. 3.* dūm quę veteres Romani Episcopi re-  
nūciaturos ea fe Ecclesiæ profiteban-  
tur, quibus mederi ipſi non poterant.

Quantum autem ad temporem in  
Imperatores, Reges & Principes terræ  
potestatem, liberius ſibi eam tribue-  
runt, eo impudentiæ lapsi, ut Impera-  
torem, qui eſt mundi Dominus, præ-  
ſtare ſibi Sacramentum fidelitatis de-  
bere, dicerent. Proficiſci hoc ius à S.

*2. omnes. deßma* Clemente, Epifcoporum Rom. tertio,  
*þor. & obod.* persuadere conantur, qui à B. Petro ac-  
*tan.alius.* ceperit. Et ſibiipſis ſuauiter blandiun-  
*15. q. 6.* tur, cùm Zachariam Papam, Francorū  
Regem, de familia Merouingiorum vi-  
timū, Regno deposuisse dicunt: quam-

*q. 2. c. 8.* uis reuera consiliū tantū Nobilitati Frá-  
corū Papa tum dederit, vti reſtē no-  
tauit Guilielmus Ocham in libro de  
Potestate Ecclesiæ. Centum & quin-  
qua-

quaginta circiter postea annos Bonifacius 7. impiè & sacrilegè eandem publicè usurpare tyrānidem conatus est: & Gregorius 7. Hildebrandus aliàs dictus, defendere palam ausus est, & statim in Henricum quartum Imp. exse- qui, cui Rodulphū Sueviæ Ducem op- posuit: hanc sibi auctoritatē non ex fa- bulosa Constantini donatione, aut Pi- pini Caroli M. & Ludouici Franciæ Re gū liberalitate tribuens; sed habere se à Deo & B. Petro duplicem gladium, spiritualem & temporalem iactans, clem. vnic. dī  
iureinr. sacris illis verbis, *Pasce oves meas*, ad Im- peratorē deponēdum abutens: gerere se claves Regni cælorum, dicens, ad ius si- bi in Reges & Principes vindicādum. Et his artibus, maximā sibi Italiæ par- tem subiecit, quantumuis repugnante Abb. Vrff. in Henrico Imperatore quem bis & sexa- Henr. 4. gies, collatis signis, pugnasse ferunt, Benno de rit. supra Magnum Marcellum, quem Ro- Pontif. man. gladium vocitabant, & inuictum illum Cæsarem, quorum hic 30. iustis prælijs, ille s2. cum hoste, aperto Mar- te, congressus dicitur.

Eodem se modo, easdē ob causas, in Henricū 5. Henrici 4. filiū, Pascalis 2. &

124      APOLOGIA CATHOL.

Calixtus secundus Pontifices gesserūt:  
& idem postea perpetrarunt Adrianus  
quartus & Alexander 3. qui Fridericū  
Barbarosam Imp. pedibus calcauit:  
neque innocentius cum Friderici filio  
Philippo, egit Innocentius tertius: op-  
posuit enim Othonem, qui inde quar-  
tus dictus est, Saxoniæ Ducis filium,  
post pronunciatam in eum excommu-  
nicationis & priuationis Imperij sen-  
tentiam, arrogantia & imperioso fastu  
plenam, addito hoc superdicto, confir-  
*c. venerabilem*  
*extr. de elect.*  
*per hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam:*  
*quæ verba & alio loco, cum auctorario,*  
*repetit, verbis nempe quæ à Deo om-*  
*nipotente Ieremiæ dicuntur, Ecce consti-*  
*tuit te super gentes, et regna: seque ipsum So-*  
*li, Imperatores & Reges Lunę compa-*  
*rat. Et fuit Innocentius hic in Philip-*  
*pum Imp. tam malo animo, ut eius o-*  
*dio Lupoldi, in Archiepiscopum Mo-*  
*guntinum promoti, electionem rescin-*  
*deret: quod iniuria factum, etiam Ab-*  
*bas Vespergenfis fateretur. Gregorius 9.*  
*Sabellico & eodem illo Abbatे auto-*  
*ribus, leuissimas & nihili ob causas,*  
*Fridericum secundum terris & regnis*  
*luis*

Ierem. 1.

*in c. solita. ext.*  
*de maio. obed.*

*c. bone memo-*  
*riæ. extr. de e-*  
*lect.*

*Sab. Enicad.*  
*9. lib. 9.*

suis exuit: Cuius sententia confirmata  
deinde & denuō publicata ab eius suc-  
cessore Innocētio quarto, postea etiam  
ab Bonifacio octauo in sextum Decre-  
talium, <sup>t. ad Apostol. de re iud. in 6.</sup> inferta est, quo loco hæc sacræ  
scripturæ verba, *Quodcumq[ue] ligaueris super*  
*terram, &c.* adducit, quorum auctoritate  
effrænem voluntatem suam exseque-  
retur. Itaque Baldus & Ioan. Andreas  
glossatores imprimis Catholici, aiunt  
eum partis potius & aduersarij, quām  
boni iudicis functum officio. Nicolaus  
tertius qui paullo post eum vixit, Vr-  
bis administrationem, ceteris omnib.  
aufferre, solo Pontifici afferere volens,  
seuerè vetuit, ne quis Rex, Dux, Co-  
mes, aut Marchio ad senatoris aut præ-  
fecti dignitatem promoueretur, nēue  
promotus eam acciperet: iurisdictionem  
omnem sanctæ sedis, exclusis a-  
lijs omnibus, propriam esse, non dona-  
tione Constantini, sed horum verborū  
auctoritate comprobans: *In omnem terrā,* <sup>c. fundamenta</sup>  
*exiuit sonus eorum: aliorumque quæ pro*  
*arbitrio suo impiè & ineptè torquēt.*  
Iisdem motus rationibus Bonifacius  
octauus Franciæ Regē Philippum Pul-  
crum excommunicauit, & Regnū cius

primo occupanti prædæ exposuit, ut in  
extra vnam  
sanctæ de ma-  
tor. & obed.  
 eius cōstitutione reuerā extrauagantē  
 legimus, in qua nullum neq; Imp. nez  
 que Regem excipit, quem sibi subie-  
 ctum non dicat, etiam in temporalibus, vt  
 ipsemet loquitur. Et summa illa auto-  
 ritate, Clemens 5. sententiam ab Henrī  
 co septimo Luxemburgensi, Imperat-  
 aduersus Robertum Siciliæ Regem la-  
e.pastoralis.de  
re.ind.in 6.  
l.libert. C. de  
oper.libert.  
 tam rescidit, cùm antea eum veneno,  
 monachi Eucharistiam ei ministrantis  
 opera, sustulissent. Quod factum ar-  
 rogantiæ & iniuriæ Baldus arguit, me-  
 ritò. Tragœdię denique illæ, quibus  
 Ioannes vigesimus secundus Papa, Be-  
 nedictus 12. Clemens sextus cōtra Lu-  
 douicum Bauarum Imperatorē, totum  
 Christianum orbem turbauerunt, &  
 parentum nostrorum ætate Alexander  
 sextus & Iulius secundus superioribus  
 illis nequaquam leuiores fuerunt, ijs-  
 demque nixæ fundamentis. Atque hęc  
 sunt Pontificis Romani argumenta,  
 quibus sibi Reges deponendi, Regna  
 euertendi, & prædæ exponendi, au-  
 thoritatem tribuit.

Verum tamē est, qui artificiosius dis-  
 simulare nouerant, Regnum Fran-  
 cum

rum semper excepisse. Et Innocentius  
 tertius ad Prælatos & Nobiles Fran-  
 ciæ, in gratiam Ioannis Sine-terra An-  
 gliæ Regis scribens, profitetur se iu-  
 risdictionem Regis Francorum turba-  
 re, aut minuere nolle. Sed Hostiensis,  
 qui historiæ veritatem optimè noue-  
 rat, notat ad locum illum, protesta-  
 tionem, ipso facto redargui: quoniam  
 Innocentius ille Philippum Augustum  
 Regem, impédire volebat, quominus  
 iure suo vteretur in Ducatu Normaniæ  
 & Aquitaniæ & alijs ab Anglo posse-  
 sis, quæ Artusij primogeniti fratris sui  
 filij cæde in commissum venerant. Et  
 alia decretali epistola fatetur idem Pa-  
 pa, Francorum Regem neminem in té-  
 poralib. & Regni sui administratione,  
 superiorem agnoscere. Clemens 5. in  
 sua extrauaganti, ut Philippum Pulcrū,  
 Bonifacij octauj insolentia meritò ir-  
 ritatū, placaret, Bonifacij contra Fran-  
 ciæ Regnum editam declarationem  
 rescindit; & sedi suæ non subiacere  
 Franciæ Regnum fatetur.

Idē ille Pontifex auctoritatē in qua  
 officiarij sui in regnicolas, cum ipse in  
 Regno esset vteretur, ex Regis permis-

*ca.nouit.extr.  
de iudic.*

*c. per venera-  
bilem.ext. qui  
fil.sint. legit.*

*extrau.nervit.  
de privileg.*

su proficisci vltro profitetur, vti ex pro-  
testatione eius in Curiæ Parlamenti ta-  
bulas relata, videre est.

*Ioan. Igne. de  
excell. reg. Frâ.  
Spec. in tit. de  
appell. & nunc  
tractemus. Bar  
tol. in l. hostes.  
ff. de capt. Bal.  
in c. i. de pac.  
iur. firm. And.  
de Iser. ibid.*

Et constat certè Francorum Regem,  
nullum mortalium, quod ad Regni sui  
administrationem attinet, superiorē  
habere; neque Rom. subiectum esse im-  
perio, cui Gallias armata manu, iure  
belli, abstulerit. Reges enim Franciæ,  
quamuis ipsi etiam Impp. aliquandiu  
fuerint, non tamen hoc Regnum Impe-  
rio subiecerunt. Ideoque Regius gene-  
ralis procurator, Carolo quarto Imp.  
qui tūm Parlamento intererat, & eque-  
strem, nescio cui, dignitatem conferre  
volebat, se opposuit, neque vltra pro-  
gredi, nisi post acceptum expressum  
Caroli quinti Regis mā datum, passus  
est. Et Carolo quinto Imp. cū per Fran-  
ciam iter faceret, nō nisi Francisco pri-  
remisit, & vitæ gratiam fecit; quoniam  
Maiestate Rēgia excepta, nemo in tem-  
poralia auctoritatem habet: in quorū  
numero, absque dubio, est pœna crimi-  
num, atque etiam hæresis, quā de agi-  
mus, cuius cognitio seculari Magistra-  
tui meritò semper referuata est. Quo-  
niam

niam diuina semper lex consideranda est, in hoc primum seculo, in quo Magistratui Politico de temporali, politique & societatis humanae conseruatori, obedire tenentur, ad confusionem & turbas evitandas: Tum in altera illa & meliori vita, in qua solus Deus iudex sedet, & pœnas imponit, nullque in eam rem, iniuriæ sibi factæ vindice Magistratu constituto. Nam sacerdotes legis diuinæ custodes & Magistri, non iudices, sed animæ lenes medici constituti sunt. Et Dei Leges, non sanctiones, pœnam aut supplicium statuentes sed instructiones sunt, & admonitiones amicæ. Si etenim ad Legis diuinæ obseruationem vi & armis cogimur, exiguum certè benefactis nostris mercédē merebimur. Ideoque Apostolus, non quia dominamur fideli vestrae, inquit, sed adiutores sumus gaudij vestri, & alio loco his verbis nos docet: Omnis scriptura, diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad argendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, non addit, ad cogendum, ad puniendum. B. Ioannes Chrysostomus auctoritatem Regiam, ab Evangelij Ministerio accurate distinguit: Ministerium inquiens

<sup>2. ad Cor. 1.</sup><sup>2. ad Tem. 3.</sup>in dial. dedi-  
gnit sacerd.

esse onus impositum à Deo ad docendū, absque armis; non autem Regnandum afferendi potestatem, aut politicas Leges condendi. Idem scribit, Episcopus nostras Hilarius, ad Constantinum Imp. contra Mediolanensem Episcopum Auxentium. Didicē-

*Matt. 20.* rānt hoc sancti illi patres, ex ore filij  
*Luc. 22.* Dei, Domini nostri Iesu Christi: Princi-

*Matt. 19.* pes gentium, inquit Apostolis suis, dominantur eorum: Nō autem ita erit inter uos. Alio loco promittit Apostolis suis, cùm se derit filius hominis in sede Maiestatis suæ, & ipsos sessuros, ut iudicet tribus

*Matt. 12.* Israel: in hoc autem mundo quamdiu,

*Luc. 12.* futuri sint, ministerium sibi cōmissum exercētes, ad pr̄fides, inquit, & Reges ducemini, propter me. Et praeiuit nobis ipse

*Ioh. 6.* exemplo suo, Ecclesiæ caput, Christus:

*Ioh. 18.* cùm enim Regem eum facere vellent, fugit in montem, & Regnum suum de

*Luc. 12.* hoc mundo non esse professus est. Imò Regibus terræ seipsum subiecit, tributum eis pro se & eo quem Principem Apostolorū suorum designauerat soluit: gratiæ suæ præmia, & iniuriarum suarum vindictam, ad cœlestē Regnum

*Iohann. 18.* suum reseruans; & Apostolis suis, ut se imita-

imitarentur, grauier iniungens. Et a-  
pertè B. Paulus Apostolus, nemo, inquit, <sup>i. ad Tim. 2.</sup>  
Deo militans implicat se negotijs secularibus. & <sup>i. ad Cor. 6.</sup>  
seruum Domini oportet mansuetum esse, ad om-  
nes docilem, patientem, cum modestia corripien-  
tem eos qui resistunt veritati. Et, ut paucis  
rem expediam, Iurisdictio duplex est,  
Terrestris vna, Regibus & Principibus  
demandata, cui omnes tenentur obe-  
dire, cuiuscunque status aut dignitatis  
sint, Laici, Clerici, Presbyteri, Episcopi,  
Pontifices : ex eo quod scriptum est, <sup>Rom. 13:</sup>  
Omnis anima potestatibus sublimioribus subditā  
sit. Ad quem locum ait B. Chrysosto-  
mus, Apostolum vniuersalem notam  
vsurpasse, Omnis, ut ostenderet nullam  
excipi creaturam, neque Apostolum,  
neque Prophetam, neque Sacerdotem,  
aut Monachum, aut quempiam alium.  
In prima autem illa Ecclesiæ ætate an-  
tequam superbia & ambitio Episcopo-  
rum animos intusisset, Pontificē Rom:  
nūquam Imperium recusasse legimus.  
Exstant apud nos Bonifacij i. ad Hor-  
norium Occidentis Imp. preces, qui- <sup>c. Ecclesiæ. cap.</sup>  
bus petit ut sanciat, ne Episcopi in po- <sup>victor 97. dist</sup>  
sterū & Pontifices Rom. fauore & gra- <sup>c. si duq. 97. di-</sup>  
tia, aut alio illicito modo elegantur. <sup>sicut.</sup>

Cui Imperator Princeps valde Catholus, uti requirebat precum argumentum, responderet. Odoacer Herulorum Rex, qui anno quadringentesimo septuagesimo primo, Romæ imperare cœpit, & annos quatuordecim imperium tenuit, post Orestis & Augustuli, filij eius, qui Occidétis Imperatorum, ante Carolum Magnum ultimus fuit, cædem, multas egregias, etiam in Ecclesia ab Ecclesiasticis receptas constitutiones edidit, tandem à Theodoro VVisigotho, ab Zenone Oriétis Imperatore in Italiam misso, interfectus.

Pelagius i. fidei suæ confessionem apud Ruffinum, Childeberti Francorum Regis legatum, edidit, & eidem fidelitatis sacramentum prestítit. Leo quartus Papa, iurat & profitetur, leges se ab Lothario primo Ludouici Pij filio, Caroli Magni nepote, Romæ præfundi. d. Lotha  
ry li. i. de se. sente Eugenio primo Papa conditas, seruaturum, quarum pars, Feudorum libris inserta est; eas autem ante ianuam Beati Petri ad limina, in atrio, factas, in inscriptione legimus, qui locus, erat olim sollemnis, publicandis Imperatorū Christianorū constitutioni-

c. benè quidem  
96. distin.

c. sat agendum  
25. distin.

ca. constitutio  
feudi. d. Lotha  
ry li. i. de se.

tutionibus, si Cassiodoro & alijs credimus. Eodem tempore, idem Imp. Magistratus in Vrbe constituit, qui iurisdi-  
ctionem, Imperatoriam administraret. Cassiod.lib.9.  
Varior. Blond.  
Sabell. Egn.  
Platin.

Idem Leo Pont. satis ostendit, quātum suo tempore Imperatoribus, Pōtifices Rom. deferreunt, Cūm Lotharium & Ludouicum secundum eius filium, obser-  
vat, vt Rheatinam aut Tusculanā ec-  
clesiam, Colono cuidam, diacono, con-  
cedant, idoneum spondens, Et præces ad Deum pro Impp. facturum promit-  
tens. Idem Leo is ipse est, qui maiesta-  
tis accusatus, coram Imperat. Ludouico secundo Lotharij filio causam suam  
egit, & se crimine purgavit, vt ex Gra-  
tiani decreto notare licet. Similem & petenter. 2.q.7  
Ioannes secundus Papa eidem Impe-  
ratori Ludouico secundo declaratio-  
nem edidit. Ex Honorij tertij qui an-  
no millesimo ducentesimo decimo-  
sexto vixit, decretali Epistola appetet,  
nondum omnino legum Imperialium in Ecclesia Catholica, memoriam su-  
blatam fuisse; neque tum sacerdotes atque Pontifices, iugum earum pror-  
sus abiecerant, etiam in causis, quas vo-  
cant, spiritualibus: vt cūm de iure iurā-

c. Rheatina.  
63. distinct.

c. de capitulis.  
c. fin. 10. dist.

c. si nos incom-  
petentes.

c. 1. extr. de iu-  
ram. cal.

*I.I.C.de iur.  
calum.*

*f.siquidem.c.  
sicut.ii.q.3.*

do, ad causarum decisionem, in iure  
præstando, agitur; quo casu renouat  
Honorius antiquum Martiani & Iusti-  
niani primi editum. Ut finem facia-  
mus, & ijs occludamus os, qui Ponti-  
fici, Episcopis, & Ecclesiasticis ceteris  
terrenum asserere volunt Regnum, Im-  
peratoribus & Regibus nō subiectum,  
imo Imperatorem sibi & Reges subij-  
ciens, inquiramus in scripturis sacris  
diligenter, Regum & Principum Israe-  
liticorum, in sacerdotes & ceteros le-  
gis diuinę ecclesiasticos, auctoritatem,  
quae imminuta, post tempus gratię, es-  
se non debet: cognoscēt summum eos  
ius habuisse, quamvis officium sacer-  
dotis exercere licitum eis non fuerit.  
Et certè diuersa sunt, neque confundi  
debent, ministerium & politia atque  
disciplina Ecclesiastica, quae merè tem-  
poralis est.

Caput alterum iurisdictionis (huius  
enim duo esse capita mox dicebamus)  
in cœlo est; eamq; à iudicio diuino ex-  
pectare debemus. Neque ideo Christi  
legem mancam esse aut imperfectā di-  
cemus, quod impijs & facinorosis nul-  
lam hīc pœnam statuat: cūm enim cœ-  
lestis

lestis & spiritualis fit, ad vitam illam  
æternam præmia & pœnæ reseruatur:  
itaque, quod de periurio Alexander Se *l. 2. C. de reb.*  
uerus dixit, hic in genere usurpari pos. *cred. de iure ius.*  
fit: *Qui in Deum peccat, satis Deum habet ulto-*  
*rem: Deo supplicium sibi omne vindicante,* *Matt. 28.1. ad*  
*vt peccator, in hoc mundo, tem-* *Tim. 3. ad Tit.*  
*pus ad relipiscendum & pœnitentiam* *cap. L*  
*agendum habeat. Verum quidem est, si*  
*quid à magistratu ciuili in eam rem san-*  
*citum sit, eius erit iniuriā legibus suis*  
*factam vindicare. Itaq;, vt Isidorus in-*  
*quit: sèpè per Regnum terrenum, cœleste Re-* *c. principes fe-*  
*gnum perficitur, vt qui intra Ecclesiam positi,* *culti. 23. q. 5.*  
*contra fidem & disciplinam agunt, rigore Prin-*  
*cipum conterantur, ipsamq; disciplinam quam*  
*utilitas Ecclesiæ perficere non præualet, ceruici-*  
*bus superborum, potestas principalis imponat.*  
Idque contra hereticos, ab omnibus  
Christianis Principibus, nostris maxi-  
mè, factitatum est: vt ex innumeris tam  
veterum quam recentiorum Régum  
Christianissimorum editis legibus &  
constitutionibus, manifestum est. Et *Lud. 9. Erane.*  
*certè si de hæreticorum pœnis presby-* *1. Henr. 2. Ca-*  
*ter aut Episcopus cognosceret, iurisdi-* *rol. 9.*  
*ctionum oriretur & officiorum magna*  
*cōfusio. Aurifaber, de auro ab se elabo-*

rato, de cura sua medicus, sententiam ferre, quisq; deniq; violato iusto & decente rerū ordine, causæ suæ patronus

*Aet. 25.* & iudex esse vellet. B. Pauli Apost. ab Iudæis hæresis accusati, exéplo satis in hanc ré edocemur, qui ad Festū præfectū Cæsaris deductus, Cæsaris esse cause cognitionē iudicauit, & accusatoribus suis corā Imper. diem dixit. Honorius Imp. Marcelliū tribunū iudicē Catholicis & Donatistis dedit. Dulcro etiā qui & ipse ab Imper. dignitatē tenebat cōmissum est ad Catholicorū preces, vt Africanorum Donatistarū causam decideret, vt D. refert Augustinus: & ab eo petiisse Catholicos, vt ferendam in eos sententiam suis iudicibus manda-

*tract. 2. ad 3.* *cap. Ioh.* *c. quādo. 23. q.* ret, ex Gratiani decreto constat. Idem *4. can. qual. 23* Gratianus Pelagij Papæ sententiam, expedire hæreticos à secularibus etiam potestatibus comprimi, inserendam Decreto suo censuit. Ad hoc testatur D. Ambrosius missum ad se ab Valentiniano Imperatore Dalmatium tribunum, qui sibi diem diceret. Iam igitur extra dubium est, téporali Principis iurisdictioni, punitionem hæreticorum, in quos pœna, principalibus

*Epiſt. 32.* consti-

constitutionibus, statuta est, cōpetere.

Sacerdotis quidem & Episcopi officium est, scientia instrūtum esse; & eos qui voluntatem Dei neglexerunt, & qui se, cūm Christiani essent de finu Ecclesiæ subtraxerunt, ex Sacris literis & vniuersalis Ecclesiæ sententia, fortiter conuincere. Hæ veræ sunt Regni cœlorum claves, ipsis à Deo traditæ; hi gladij duo, quibusqui sint soluti vel ligati ab Ecclesia Sacerdos demonstrat: in hoc solo consistit ligandi in cœlo aut soluēdi auctoritas, ut in B. Matthæi locum eleganter D. Hieronymus docet, cui se Magister sententiæ adiungit. Neque ita est parui momenti auctoritas hæc, ut à Christianis fidelibus negligi debeat. Certum enim est ex peccato nasci culpam, & inde obligationem, qua nos Dei hosti astringimus; quam qui non reuocauerit, Ecclesia pellendus, & tamquam putre membrum, Satanæ traditus est. At qui peccatorum suorum contritione & confessione in viam redire volet, tria statim recipit, superioribus illis contraria, Remissionem peccati, deinde culpæ abolitionem, & obligationis cum

Matth. 16.

1. ad Cor. 5.

Satana contractæ liberationem, tūm  
cum Catholica Ecclesia reconciliatio-  
nem. Et in his vera pœnitentia sita est,  
quæ nobis ab sacerdote aut Episcopo  
imponitur, vi & iure auctoritatis eius  
quam in cœlo & in terra ligandi habet  
& soluendi. Apparet itaq; in Ecclesia  
Dei necessariam sacerdotij dignitatē  
& Ecclesiasticam auctoritatē fuisse, vt  
cura & disciplina quadam, animi no-  
stri in Diuinæ voluntatis cognitione  
conseruarentur; eaque ratione, diuina  
fauente gratia, vitam consequeremur.  
Quamuis enim creatus, ad Dei & sapi-  
entiæ eius æternæ imaginē, homo fue-  
rit, ideoque perfectus & nulla institu-  
tione indigens: attamen post lapsum,  
& primi parentis corruptionem, valde  
ei necessarium fuit ad primam veri co-  
gnitionem reuocari, & in Creatoris sui  
gratiā reuerti: quam vt cōsequeretur,  
multa ei mandata præscripta, seueræ  
leges traditæ, quas sub mortis & dam-  
nationis æternæ pœna, seruare tenere-  
tur, usque ad Gratię tempus, quo ve-  
lum Deo rumpere & auferre placuit,  
legisque veteris rigorem tollere, pec-  
cata nobis nostra remittere, ob dilecti  
ipsius

filiū Iesu Christi passionis meritum, ad mortis autem tam prētiosę, excellentes fructus percipiendos, sancta nobis sacramenta reliquit, tamquam pignora, quorum administratio Apostolis, sacerdotibus & Doctorib. cōmissa est. Ut itaq; Architecti finis & scopus est, edificij consummata structura; ita Ecclesiasticorū officiū, & finis vnicus est, quæ ad fidē spectant, edocere, actiones nostras amicis admonitionib. regere, ut salutē tandem æternā, hac vita piè defuncti, assequamur: Nulla alia auctoritate à Deo insignes, quam sanctis admonitionibus & institutione, ad Deum cognoscendum efficaci, ob oculos nobis malorū supplicia, bonorū præmia, vniuersali Maiestatis diuinæ iudicio distribuenda, ponētes, & sepius inculcātes.

Sed cū neque populi, hac in re, villa sit auctoritas; neque Pontifici hoc ex officio conueniat, cuius mērē spiritualis potestas, nihil iuris in Regna mundi habet: quid futurum est si Imperatoris ipsi & summī Reges, hæretici sint, aut aliás im̄pbę viræ? ut certe & ipsi homines sunt, peccatis & errorib. obnoxij. Annon scādalum ingēs, maior

ior etiam calamitas futura est, cùm isti summo cum imperio regnabūt, vt per sequutores sint & flagella Ecclesiæ Dei? Hic peto à Frācis nostris ut sapien  
*e. Imperatores.*  
*ii. q. 3.*

tis & magni illius viri D. Augustini responsum perpendant. Imperatores, inquit, si in errore essent, & pro errore suo, contra veritatem, leges darent, per quas iusti probarentur, & coronarentur, non est faciēdum quod illi impiè iubent. non ait pellendos esse, regno spoliandos; hoc solum, non est faciēdum, quod illi impiè iubent. D. Ambrosius, quā Julianō apostatae, milites Christiani, obedientiam reddebat, nō improbat; tantūm admonet eos, ne quid contra Dei honorem committant. B. i-  
*pse Petrus* nunquam Ecclesiæ persuadere conatus est, vt Neronem depo-  
*re*; sed vt orarent pro eo, debitumq;  
*ei* honorem deferret, hortatus est. Sancta illa Fulminatoria legio, pugnare & vitam exponere sub M. Antonino phi-  
*losopho* non recusauit, quamuis Christianorum hoste infensissimo, vt testa-  
*trum* se uera ab eo edita in religiosam pie-

*i. 30. ff. de pñen. tatem constitutio*, cuius in Pandectis  
*Euseb. lib. 5. ce-* nostris exstant vestigia: & meminerūt  
*teri in M. An-* Eusebius, Capitolinus, Dion, Xiphili-  
*tonini vita.* nus

hus, alij. Ex Tertulliani apologetico satis constat, quanto Seuerus Imp. in Christianam religionem odio laboravit: sed qualis Christianorū animus, in Principē nominis sui hostē fuerit, ipsius Tertulliani verbis audiamus. Sic *et Ad Scapulam.*  
circa maiestatē Imp. infamamur, tamē nūquā Albiniani, nec Nigriani, vel Cassiani inueniri potuerunt Christiani (coniurauerāt hi in M. Antoniū Philosophum, Commodū, Pertinacē, & Seuerū, quomodo nostri hodie in Regē) sed iisdē ipsi qui per genios eorū in pridie usq; iurauerāt, qui pro salute eorū hosti as et fecerāt et voverāt, qui Christianos sēpe damnauerāt, hostes eorū reperti sunt. Christianus nullius est hostis, nedū Imperatoris: quē scies à Deo suo cōstitui, necessē est ut *et ipsum diligat, et reveratur, et honoret,* *et saluū velit, cū toto Romano imperio, quo usq; seculū stabit, tādiu. n. stabit.* Colimus ergo Imperatorē sic, quomodo et nobis licet, et ipsi expedit, ut hominē à Deo seruāndū, et qcqd ē, à Deo cōsequutū, solo Deo minorē.

Constantium, Valentem, Zenonem, Anastasium, Justinianum. 1. & 2. Heraclium, Leonem. 3. Philippū, Bardanē, Cōstantinū. 5. Leonē. 4. & alios plerosque hereticos Imp. legimus; Imperio spoliatos nō legimus, quavis errorib.  
eorum,

eorum, ab Ecclesia Catholica, saepius  
damnatis. Licet nihilominus Ecclesiæ,  
Reges & Principes falsarum opinionum  
sectatores, aut vitæ improbabæ, nisi post  
crebras admonitiones resipiscat, excōmu-

c. principiū. c. si  
Episcopus. c. si  
quis presbyter. non licet, absq; Ecclesiæ iudicio & cō-  
c. si quin episco- sensu, auditis etiam & examinatis Re-  
pus. 11. q. 3.

gis exceptionib. & defensionib. Qua-  
in re oēs, absq; dubio, iuris solennita-  
tes seruandæ sunt, cùm propter crimi-  
nis grauitatem, tūm propter rei digni-  
tatem: quod inde temerè irritato Princi-  
pe, maximi in Rep. Christiana tumultus, & cruenta bella ciuilia, & sparso mi-  
serorū fidelium sanguine, Ecclesiæ subuer-  
sio cōsequeretur: ut recte monet & do-  
cet D. Augustinus dum præceptum il-  
lud diuinū interpretatur, quo nobis,  
obedientia in Reges nostros, iniungit-  
tur. Excōmunicatio præterea, cōtra an-  
tiquis patrib. obseruatū ordinem, abi-  
que cause cognitione facta, iniusta es-  
set, & prorsus irrita, qua non ledetur;

*ad Rom. 15.  
1. ad Cor. 6.*

*c. si quis non  
recto. 24. q. 3.*

*c. manet. 24.  
quest. 1.*

qui notaretur, sed solus ille à quo notaretur, ut  
Gratianus docet, locum D. Hieronymi  
in Leuiticum explicans. Et Leo Papa  
air

ait Priuilegium Petri manere vbi cunq; ex ipsius  
equitate fertur iudicium. Innocetius. 3. quan-  
tuis auctoritatis sue conservandæ & au-  
gredæ nimiò studiosus, fatetur excōmu-  
nicatū, qui se iniuria excōmunicatum  
dicit, querelā instituere posse; & ad p-  
bandā innocentia suā admitti. In Fran-  
cia aut nostra, ex priuilegiis Fracię, sāe-  
piissimè sententiis Curię iudicatū est, ne  
que Regē, neq; officiarios, neq; subdi-  
torū eius corpus aliquod à Pōtifice aut  
quouis episcopo excōmunicari posse.  
In quam sententiā, Carolus Molinæus  
aduocatus celebris, & Iureconsultus  
inter primos sui temporis, refert bullam  
haberi Papæ Martini. 5. expressis ver-  
bis cōscriptā: quę cōmuni iuri Pontifi-  
cio nequaquam repugnat. Licere enim  
sibi Ioannes. 22. ait, priuilegiū alicui, ne  
excōmunicari possit, cōcedere. Ideoq;  
Eugenius. 4. Papa, Francis, sanctę sedis  
Apostolicæ curiam sequentibus, hoc  
redit, ne cui Episcoporum, sententi-  
am in eos excommunicationis iacere  
liceret. Sed bullis istis, aut priuilegijs  
Curiæ Rom. non indigemus: digni-  
tas enim & auctoritas & ius maiesta-  
tis Regis Francorum, qui in Regno  
suo,

c. per tuas. ex-  
ir. de sent. ex-  
com.

In 4. part fil.  
parlam. tit. de  
iur. reg. Franc.  
extrau. sequen-  
tes. de indic.

extrau. dimi-  
na de priuil.

144 APOLOGIE CATHOL.  
suo, neminem, præter Deum, superio-  
rem, agnoscit, ita nos tuerit, ut neque  
Papa neque Episcopo cuiquam, ciuita-  
tē aut corpus aliquod, Franciæ Regno  
subiectum, excōmunicare permittat.  
Eam ob causam anno 1488. Regius ge-  
neralis procurator, tamquam de abusū ab  
Pótificis excōmunicatione, in Ganda-  
uenses cōtorta appellavit, qui tū Maxi-  
milio Imperatori, Comiti suo, & ob  
id Franciæ vasallo, parùm obedientes  
erant: nō enim ad Papam, cui nulla est  
in subditos huius Regni auctoritas, sed  
ad Regem, tamquam Dominum recur-  
rendum erat. Er Carolus. 5. Rex, edicto  
anno 1369. in Parlamento confirmato,  
seuerè prohibuit, ne quis episcopus  
aut prælatus, quacunque tandem oc-  
casione motus, excōmunicationis sen-  
tentiam, in ciuitatem, communita-  
tē, corpus aut collegium aliquod Re-  
gni sui ferret: vt pote quæ in sua tan-  
tum potestate essent, nullo præterea  
mortaliū quicquam in eos auctorita-  
tis habente.

Quod & Rex Ludouicus 11. reuoca-  
uit. Et orta est hinc, sancte apud nos ser-  
uata tamquam de abusū, à Papa & Ecclesi-  
sticis

sticis ad Parlamenti Curiam appellan-  
di consuetudo. Absq; eo, constituerent  
in Francia, Ecclesiastici Monarchiam à  
Regia distinctam, & Regia potentio-  
rem. Sed Regij imperij tueri maiesta-  
tem, eiusque dignitatem vita sua anti-  
quiorem habere, & ne qua eius demis-  
natio fiat, veri oēs Frāci curarē debent.  
Itaq; hoc solū Pōtifici & Episcopis su-  
perest, vt priuatos homines ex sancto-  
rū decretorū, & constitutionū Canonii-  
carum auctoritate excōmunicare pos-  
sint. Et hic vnicus est contra Reges &  
summos Principes, hereticos aut aliās  
Ecclesiæ scandalū afferētes, procedēdi  
mod⁹. Excomunicatione autē legitimē  
& secundum obseruatū olim in pri-  
ma & florenti Ecclesia iuris processum  
facta, nostrum erit disputare, an ideo  
fide & sacramento principi naturaliter  
debito, liberati simus.

Pontificum Gregorij. 7. Honorij. 3.  
Lucij. 3. Innocentij. 3. & aliorum notæ  
sunt constitutiones quib. heretici prin-  
cipis, aut aliās excommunicati subdi-  
tos, non solum fidei sacramēto soluū,  
sed obedire ei etiam, sub excommuni-  
cationis pœna, prohibēt. Constitutio-

c. nos sanctorū.  
c. iuratos. 15. q.  
6. cap. ad abo-  
lendam. c. ver-  
gentis. c. excō-  
municamus. c.  
fin. extr. de ha-  
ret. c. fin. extr.  
de pan.

nes istas, non nisi à summo, Pontificum  
in sui temporis Principes odio, profe-  
ctas arbitror. Ioannes itaq; Andreas, In-  
nocētius, Archidiaconus, Panormita-  
nus & pleriq; alij doctissimi Decreta-  
lium interpres, quia aliam sentētiā  
amplectantur, multa ijs opponunt ar-  
gumenta grauiā: tandem ita exponunt  
& limitant, si excommunicationis sen-  
tētia subditi, obligatione quam do mi-  
nis suis vasalli debent liberi nomina-  
tim pronuncientur. Quod verisimile,  
imō verissimum est multas ob causas  
Religioni & pietati ciuili cōsentaneas.

Primūm quia Regibus nostris seu  
bonis seu malis obedire tenemur, quo  
niā electi sunt, & à Deo, pro lubitu, ut  
nobis imperent, constituti.

Secundò, quia excommunicatio sta-  
tum non mutat, nec minuit, nec habet  
capitis diminutionem secundūm Iu-  
reconsultos, vt priuationem & publi-  
cationem in se bonorum continere  
possit: sed motionem ab ordine & cœ-  
tu Christianorum, vt de Senatore Mo-  
destinus loquitur, qui Senatu motus,  
capite minutus non est, & Romæ mo-  
rari potest.

*aff. de senat.*

Prae-

Præterea excommunicatio disciplina est, admonitio, & medicina spiritualis, quæ cum bonis, opibus terrenis & caducis, seu paruis seu magnis, nihil commune habet. Namque, ut Beatus Paulus inquit, *arma militie nostræ non carnalia sunt.* Itaque cùm Regna & dominia maxima ex parte patrimonialia, saltim mundana & terrena sint, quorum proprietas & possessio nihil ad regnum Dei pertinet, declaratio amissionis <sup>l.in agris ff. de acq. rer. dom. l.fin. ff. de calo.</sup> vnius, alterius priuationem non infert.

Ad hæc, ut Paulus Iurisconsultus docet, quod alicui debetur certis modis <sup>l. obligationes ff. de oblig.</sup> deberi definit: inter quos modos, eius, cui nos obligatos fatemur, excommunicatio, non censetur: Aliâs vasallus & subditus Domini sui in commodo, commodum sibi & utilitatem quæreret. Adde quod excommunicatio non eò spectat, ut in hoc mundo, pauper excommunicatus reddatur; sed ut, tamquam indignum membrum, Ecclesia Dei pellatur. Et talis declaratur, primùm vi fidelibus ceteris exemplo sit, facinoris grauitatem & scandalum publicum perpen-

dentibus: secundò ut damnatus ad resipiscendum moueatur, & contritionem atque adeò horrorem peccati sui sentiat, videns se satanæ generis humani infensissimo hosti traditum; & reconciliari Ecclesiæ Catholicæ petat,

*Epiſt. 1.* à qua ut Alexander Martyr dicebat, in

*Luc. 7. 2.*

*Exilio finitimo relegatus est. Quod sa-*

*Reg. 12.* *tis discimus ex satisfactionis formula,*

à veteri Ecclesiæ, excommunicato pre-  
scripta: Culpam coram sacerdotibus  
& Ecclesia fatebatur; in fidelium con-  
gregatione publica, verbis castigaba-  
tur, & officij sui admonebatur; & in lo-  
cum certum, extra communionem &

*I.ad Cor. 5. &* conuentum Ecclesiæ, damnabatur, ad-

*2.cap. 2. & 7.* iectis exteriorib. quibusdā pœnitentie-

*Iof. 7.* notis, in vestitu, gestu, & vixitu maxime,

quib. insignitus, sacerdotes, vniuersaq;  
Ecclesiā obtestabatur, remitti sibi cul-  
pā, & absolui petēs. Tū Ecclesia, de mi-

*Iren. lib. 1. cap.* nistrorū cōſilio, grauiter eū aliquā mul-

*9.Tertul. de* tabat, & tandem paulatim, prout consul

*pœnit. Euseb.* tū videbatur, in Ecclesiā recipiebat: Nā

*lib. 5.c. 28. lib.* primū quidem ad audiendū verbum

*6.c. 25. Sozom.* tantū admirabatur: deinde etiā, ad

*lib. 9.c. 35. can.* preces publicas; tum ad cōmunionem

*quadragesima* fidelium; tandem manibus presbyteri

*50. dist.* contac-

contactus, in statum pristinum restituatur, ita ut nulli exprobrare ei præterita liceret. Ex hac excōmunicatio-nis forma, quam de veteribus Concili-is Ancyrae & Nicææ, sumptimus, facile est iudicare temporalia eam non attigisse, de quibus, non est Ecclesiæ quicquam statuere, sed excommunicati solummodo correptionē spectasse, quod ceteris, peccato eius offensis, exemplo esset: aut, ut scriptura ipsa loquitur, *in die ritum carnis, ut spiritus saluus esset, in die Domini nostri Iesu Christi.*

Videntur præterea Gregorius. 7. Innocentius. 3. & ceteri Pontifices ita intellexisse, cū Domino & ijs qui cū eo versantur & negotiātur excōmunicatis, ministros eius & domesticos, atq; alios qui obediētiam eis ex officio debet, ut sunt vasalli & subditi, qui naturali & ciuili lege Principib. suis obligātur, in excōmunicationis, sentētia cōprehēdi noluerūt: Necessitas illa obligationis, eos de excōmunicatione ex-cipit, quę tamen ceteros tangit omnes qui cum excommunicato versantur. I-mo nominatim Innocentius. 3. in De-cretali sua ad Doctores Bononienses

non tolli excommunicatorū nomina  
cautiones, obligationes declarat; neq;  
e. inter alias. eorū debitores liberari: multò minus  
extr. de sent. ex debitoribus, si soluant, vitio verti, quia  
com. obligationis necessitate adigantur.

Aristot. lib. 1.  
Polit. iam & hoc indubitatum est, famili-  
am & cōeconomiam, veluti minorē esse  
Rēpublicā; Rēp. aut̄ veluti maiore  
familiam, cuius Rex pater sit, protector  
subditorū suorū, rāquam paterfam. li-  
berum suorū, à Deo cōstitutus. Sed idē  
Innocētius. 3. cū & eos qui cū excōmu-  
nicato versantur, excōmunicatione se-  
rit, dōmesticos excipit & familiares, q  
obedientiā excōmunicato præstare co-  
guntur. Nemo aut̄ liberorum & dome-  
sticorum patrifam. debitam obedi-  
tiā, ea qua subditi Principi & Regi  
suo obligati tenētur, laudabiliore, aut  
vinculo constrictam artiori iudicabit.

Et clariū tandem cōuincamus, Re-  
gis excommunicationem subditos nō  
liberare, veterum annales euoluamus,  
3. Volum. conc. & exempla huic quæstioni accōmoda-  
fol. 553. consideremus. Theodosius Imp. ob ci-  
Niceph. lib. 13. tium Thessalonicēsum cædem excō-  
e. 34. can. preci pue. c. Theugal municatus mēritō legitur: filius eius  
dans. 11. q. 3. Arcadius, propter depositum Ecclesia  
Con-

Constantinopolitana B. Ioannē Chrysostomū: Zeno & Anastasius, quod Eutychiana esset hęresi infecti: Lothari⁹ propter adulteriū cum Galdrada commissū: subditi aut̄ eorū, nō ideo debita obligatione & sacramento soluti sunt; neq; vñquā Imperiū eorū, vtpote legitimorū dominorū recusarūt. Dagobertus Frácorū Rex, Neronē imitatus, primis annis bonum & Catholicum principē egit; circa annū. 637. spoliare Ecclesias, tēpla destruere, Ecclesiasticos in exilium agere, alia exsecreāda perpetrare cœpit: ob q̄ à Seuerino Episcopo Rom. grauiter castigatus, & saepius ab S. Amádo Ultraiectensi Episcopo, seuerè monitus, atq; etiā, vt quidā volunt, excommunicatus; à suis tamē reiectus non est, imò, cōtinuis suorū ad Deū precib. in viā reuocatus Deo ad mortē usq; sancte seruiuit. Cūm Celestinus. 3. Papa, Philippū Augustū, Francorū Regē año 1197. excōmunicasset, ob repudiatā, nulla legitima causa intercedēte, Isambergā vxorē Ioannis Daniæ Regis sororē, pulsus iamē Regno nō est, neq; eō minus p Rege & summo principe suo eū populus habuit. Cūm Bonifacius. 8.

*Dicitur ad hanc**Maffei in  
Chron.*

anno 1302, vénératam illam bullam in  
Philippum Pulcrum edidisset, Nobili-  
les & prælati Franciæ Parisijs congre-  
gati, non cōpetere Pontifici eiusmodi  
ferre sentētiā pronūciarunt. Cūm Iu-  
lius. 2. Pontifex in Regem Ludouicū.  
12. quem meritissimō patrē populi dici-  
mus, ex cōmunicationis fulmē iacula-  
tus esset, eiq; sacris interdixisset, decla-  
rarunt Nobiles & prælati, qui in Turo-  
nēsi ciuitate cōuenerat, licere ei fulmē  
illud tamquam vanum contemnere: &  
fidem Regi atq; sacramentum renoua-  
runt. Hērico. 2. Angliæ Rege, ab Alexan-  
dro. 3. Papa, ob Thomam Episcopum  
Cantuariensem exilio multatum, ex-  
communicato, integrum tamen & il-  
libatum Regnum mansit, neq; obediē-  
tiam solitam subditi abiecerūt. Ioānes  
Sine-terra eiusdem Angliæ Rex, Inno-  
centij. 3. excommunicatione, in posses-  
sione Regni sui turbatus nō est, donec  
ad tyrannidē delapsus, subditos suos  
iniquè premens, populo mouendi ali-  
quid, sub ex cōmunicationis illius præ-  
textu, causam dedit. Statim aut̄ atque  
moderatiū se erga suos gerere cōpīt  
pedibus eius oēs, rogantes veniā, acci-  
derunt,

derunt; Ludouicum Francum, in eius locum subrogatum, eiecerunt, ipso Ioanne mortuo, filium eius Henricum receperunt. Henricus octauus etiā Angliae Rex, à Papa Paulo tertio excommunicatus, mutatum in se suorum animū non sensit. Daniæ Rex Sueno, circa annum Dom. 850. ab Episcopo Roschildensi meritò excommunicatus, quod ab Religione defecisset, & principes propinquos suos, in Roschilden si Ecclesia, S. Trinitati sacra, trucidasset, aditu etiā Ecclesiæ & fidelium communione ab eodem Episcopo prohibitus, regno tamen spoliatus non est, neque eius Imperium subditi detractarunt, quamuis ab Canuto & VVolde-maro secretoribus conciliarijs, & apud Regem gratiosis, animi eorum tentarentur, quod Regnum, cum Suercho Sueciæ Rege diuidere statuissent. Brigerus Sueciæ Rex circa annum millesimū trecentesimū improbissimus & crudelissimus princeps fuit, in Ecclesiam maximè & Ecclesiasticos, nominatim autem in Nicolaū Archiepiscopum Vpsalensem, quem vñā cum maiori ceterorum Episcoporū parte car-

Ioh. Magn. in  
hist. Goth.

cere inclus erat, excommunicatus est cum Turgillo Canuto, praefecto generali, actionum eius auctore: populus tamen, quamvis Regi merito infensus, & repudiandi eius egregia se offerret occasio. V Valdemaro & Henrico fratribus eius, ad pellendum fratrem causam iam dudum animo quæreribus, nūquā corruptorib. aures præbere, neq; erga Regem, naturalem Dominum suum, perfidus esse voluit. Itaque duo illi fratres, amicis aliud & auxilijs, ad Brigerū turbandū, arcensis tis, ipso etiā Brigerō capto, vrbes vi expugnare coacti sunt, nulla sese vltro dedēte: Tanta erat subditorum erga Principē suū fides & religio, ut quāuis improbū cū, excōmunicatum, impium, atq; etiā in fratribus suorum potestate captiuū scirent, nihilomin⁹ in officio permanerēt; & tandem etiam in libertatē vindicarent, eiusque fratres subire imperiū cogerēt. Et hoc potest, fidelium subditorum in Principem qualemcunq; obligatio. In Polonia Boleslaus princeps, impiæ vitæ, adulter publicus, Ecclesiæ & Ecclesiasti corū hostis, à Stanislao Cracoviensi Episcopo sāpē monitus, ab eodē excōmunicatus

*Cromer. in  
hist. Polon.*

nicatus tandem est: quod aegre Rex ferens  
interficiendum episcopum curauit: I-  
deo Gregori⁹ an. 1079. excommunicati-  
onem confirmavit, acerbius eum notas,  
addita etiam Regni interdictione: Re-  
gnare tamen consentientib. & obtem-  
perantibus Polonis non desit, donec,  
cum iam à postrema excommunicatione  
amplius annum regnasset, amicum suū,  
Hungariæ Regem Ladislauum, visitans  
seipsum interfecit, iusto fortasse Dei iu-  
dicio eum prosequente. Sigismundas  
Imp. cū suis omnib. impetrare à Bohe-  
mijs nunquā potuit, vt animū in VVen-  
ceslaum fratrem, Regē suum natura-  
lem, benē affectum deponerent: quam-  
uis sordidum & improbum, ideoq; Si-  
gismundi artibus, in carcerem sæpius  
coniectum, & ab Episcopis excommunicatū, atq; etiā ab Electoribus imperio  
priuatum. Obiit nihilominus in Bohe-  
mia Regis dignitate & titulo, subditorum  
benevolētia, conseruato, qui se sa-  
cramēto & obligatione debita, nō nisi  
morte eius, aut liberali & voluntaria  
cessione, liberari posse, arbitrabantur.  
Quomodo Albertus Sueciæ Rex circa  
anno 1388. Margaritæ Daniæ & Nor-

uegiæ Reginæ, quæ captiuum eum detinebat, ius omne quod in Gothiam & Sueciam habebat, cessit: Regnorū i-  
taque illorum ordines, fidem Marga-  
ritæ & obedientiam iurauerunt, cùm  
Regem suū prius clām & sæpius inter-  
rogassent, & obnixē rogassent, vi vo-  
luntatem suam liberè declararet, aut  
subditos obligatione sibi debita solue-  
ret: Quamuis iustissimas ob causas rui-  
nam ei Sueci machinari potuissent: cō-  
sentiūt enim historici omnes, nullum  
vnquam Principum, tot tamque graui-  
bus iniurijs subditos suos affecisse, iam  
igitur concludamus, iure gentium om-  
nium & more, obligationem Principi  
iure naturæ debitam, inuiolatam atq;  
illibatam esse seruandam; neque ullo  
modo, ex alterius arbitrio aut iudicio,  
violandam. Imò debere nos ex officio  
& fide nostra, de Rege, Regisq; Princi-  
pibus, idem quod de matrimonio, di-  
cere, *Quos Deus coniunxit, homo non separet.*

xxii. Sed & hoc expendamus, An excom-  
municationis sententia, cōtra Regem,  
etiam legitimè, iustas ob causas, & ad  
ceterorum exemplū, lata, nominatim  
Regis subditos, fide debita, & sacramé-  
to li-

io liberare possit: quomodo quingen-  
tis abhinc annis à Pontificibus Rom.  
in Imperatores & Reges sibi odiosos  
factitatum accepimus.

Ego certè de hominū istorum, quos  
ambitio & impotentes affectus, trans-  
uersos ab ripiebant, exemplis & actio-  
nibus ius petendum non censeo. Sed  
inuestiganda est huius quæstionis ve-  
ta solutio, iuris diuini regulis, & ratio-  
nibus politicis, ad societatis humanæ  
conseruationem constitutis. Dico ita-  
que, excommunicationis in Regem, le-  
gitimam etiam ob causam, latam sen-  
tentiam, quæ subditorum à fidei & sa-  
cramenti vinculis absolutionem con-  
tineat, contra legē diuinam esse, & hu-  
manæ rationis argumētis repugnare.

Cum enim subditi Principibus suis,  
qualesquales sint, obtemperare teneā-  
tur, in conscientiam & actiones eorum  
non inquirentes, nullā certè humana  
traditione, aut licentia, siue particula-  
riter, siue generaliter, liberati possunt.  
Nihil enim nobis, contra diuinā con-  
stitutionem, tentare licet. Et si qua con-  
ceditur liberatio, erit ipso iure, nulla:  
ut potē contra diuinam concessa pru-

*In ean. sicut. dentiam: quod Leo & Vrbanus Ponti  
14. dist. c. sunt fices sapienter agnouerunt.  
quidā. 25. q. 1.*

Maximè quia liberatio ista, ad effe-  
ctum adduci non potest, absq; insigni  
scadalo, & magna Christiani sanguinis  
effusione, dissentionib. & ciuilib. bellis  
excitatis, subditis in Principē arma su-  
mentib. Rege ius suū, non solū q. ad  
conscientiā attinet, sed multò etiā ma-  
gis quod ad Regnum spectat, armis de-  
fendente. Ideò tali vrgente necessitate  
docet nos Gelasius Papa, illa magnopere  
esse præcauenda quæ recipi, sine magna decolo-  
ratione non possunt. Iurisdictio præterea  
& Ecclesiæ auctoritas, ad bona hæc &  
res temporales nullomodo se extédit:  
nam, quod omnes norunt, diuisum impe-  
rium cum Ioue, Cæsar habet. Et auctoritas  
Ecclesiastica merè spiritualis est, ad  
Regnum cœlorum pertinēs: inutiliter  
itaq; & iniuria, mitteret falce in alienā  
mellē, & ultra potestatis & iurisdictio-  
nis suæ limites, administrationi huma-  
næ politiæ & regnorū atq; imperiorū,  
terrenorū possessioni sese immisceret:  
Cùm tamen Regnum Dei, cuius ipsi  
dispensatores sunt, & cuius claves ge-  
xunt non sit de hoc mundo.

Addē

Adde quod ex liberatione ista maxima malceretur iniuria: Cum enim sancta Ecclesia excommunicato, et a poenitentia, idonee satisfacti, peccatum, cui modi sit, remittat; eumque restituat: nihilominus Rex aut Princeps peracta satisfactione, in Ecclesiæ sinu reuertens, spoliatus regno suo remaneret, ut quod à vicinorum suorum aliquo, occasionem populi rebellione & ciuilibus dissensionib. oblatā, cupide amplexo, occupatum esset. Pellere autem eum, sine grauiissimo bello, quod iterum dispensatio illa, fœcunda bellorum mater, pareret, impossibile fuerit. Reparari itaque, Regis paullò antea excommunicati damnum, excommunicatio sententia inflatum, non poterit, quantum in hoc tantum edita esset, ut excommunicatus admonitione ista & correctione, ad fatendum errorē, & veniam à Deo & Ecclesia petendā, perduceretur, ut verbo dicā, ex ipso iure summa nasceretur iniuria: Quia irritatus Princeps inops, miser, excommunicatus, & confessus illa subditis suis rebelladi licentia, desperatus, in errore suo pertinaciter remaneret, regni sui iacturā pertimescens

166      APOLOGIA CATHOLICAE  
tinescēs, & altius sese peccatis immet-  
geret; nedum ad pœnitentiam, & Ec-  
clesiæ scandalum reparandum moue-  
retur. Veniret itaque in contemptum  
Ecclesiastica disciplina, cuius nullus  
fructus appareret. Et certè situm est in  
hoc Legislatoris & iudicis prouiden-  
tiā, ut leges ita suas condat, & ita senten-  
tiā ferat, ut sine difficultate, aut saltim  
absque insigni incommodo, exsecutioni  
mandari possint.

Iam hoc quæri possit, An Regi aut  
Principi liceat non solum de excommu-  
nicationis sententia tamquam de abuso ap-  
pellare, sed armis etiam se eius capitis  
exsecutioni opponere, quo subditis  
permittitur Regis sui imperium repu-  
diare, & obedientiam denegare. Eadē  
hæc quæstio ab Rege Ludouico duo-  
decimo anno millesimo quingentesi-  
mo decimo, in Turonensi ciuitate cō-  
gregatis Episcopis proposita est, pro-  
pter insolentes & temerarias Iulij se-  
cundi Papæ in eum eiusque confede-  
ratos cōiectas excommunicationes. Ab  
Episcopis hoc responsum tulit. Licere  
Regi ineptis se istis & iniustis Ponti-  
ficiis declarationibus, quocunq; modo,  
etiam

Massenus in  
Chron.

etiam vi & armata manu, opponere.

Est hoc responsum, meo iudicio, omni naturali & ciuili rationi consentiens. Certum enim est, caput illud sententie, quo subditis à Rege deficiendi licentia conceditur, vim esse publicam, quam Pontifex, cōtra officium & auctoritatē suam iniustè usurpet: cui equali aut māiore vi Regi licitum sit resistere.

Secundò Pontifici licere non debet, sub boni pastoris prætextu & illa, quā se gerere dicit, Christianorū cura, mōlini aliquid & tentare iniustum, in gre-  
gis sui detrimentum. Nec magistratibus, inquit Iuriscon. licet aliquid iniuriosè face-  
re. Si quid igitur, pér iniuriam fecerit magistra-  
tus, vel quasi priuatus, vel fiducia magistratus,  
iniuriarum potest conueniri.

Et suprà probauimus honorū & re-  
gnorum huius mundi dispositionem  
& iurisdictionem & cognitionem, ad Ecclesiasticos nō pertinere, quibus sola spiritualis & cœlestis gladij admini-  
stratio commissa sit. Sententia autem non à  
suo iudice dicta, neminem litigatorum astringit: l. fin. C. si à nō  
& supra iurisdictionem suam ius dicenti, impunē compet. iud. L.  
Non paretur. fi. ff. de iurisd.  
omn. iud.

In hāc sententiam Gelasius, Episco-

L

e. cui est illata. pis orientalibus scribens: Si iniusta sententia est, inquit, tanto curare eā non debet, quanto apud Deum & eius Ecclesiam neminem potest grauare iniqua sententia, & infert hoc modo. Ita ergo ea se non absolui desideret, quae se nullatenus perspicit obligatum. Alio loco

e. non debet. Gregorius Papa, non debet, inquir, is pœnā sustinere Canonicam, in cuius damnatione nō est Canonica prolatā sententia. Ioānes Andreas glossator docet executioni sententiæ, quæ ab incompetente iudice lata, nulla sit, resistere esse licitum. Et consentit

l. denotat. C. de met. lib. 10. tra clericorum eius diœcesis cui præsedit. nullus iniurare debet, voluntatem facta. Et notat s. i. dist. glo. in c. ex litteris. glossa licere magistratui auctoritate de offic. deleg. sua abutēti, & vim paranti, resistere: eo Innocen. in c. si casu maximè, quo damnum reparari quādo. eod. & non posset, ut in eo quo de nunc agitur. Quia iure naturæ conceditur vim excess. prel. vi repellere, etiam contra superiorem.

l. si quis prouocatur. Alio etiam loco legimus, licere cuique eatorum. C. ap. magistratu deficiente, sibi ipsi ius dicens. pell. non recipere, & vim alienam propulsare.

Paul. de Casir. Infinita sunt Imperatorum & Regum vim. ff. de exempla, qui approbant Ecclesia, arma in Rom. Episcopū in. in 443 sal & eius asseclas, prompti sumptierunt, cum

cum officij sui immentor, ea principib.  
vi extorquere voluit, ad quæ consenti-  
re iure non poterant. Cum Ioannes 12. Papa Hungaros ad deficiendum ab O-  
thone I. Imp. adhortatus esset. & ipse-  
met contra Imperatorem, qui tum in  
Italia erat, adiuuante Alberto Marchio-  
ne Spoleti, arma sumpfisset, Episcopi  
& Praelati Romæ congregati, Papam  
deposuerunt, & Imperatori armis per-  
sequendum exposuerūt, Leone 5. sub-  
rogato. Henricus Niger, cum Benedi-  
ctum nonum, Sylvestru tertium & Gre-  
gorium sextum Antipapas, armis inter-  
te contendere intellexisset, quis Italia  
potiretur, Romam properauit, ad eorū  
componenda certamina: & ex Conci-  
lii, auctoritate Imperatoria conuocati,  
sententia, tres illi Antipapæ depositi  
& gradu moti fuere, substituto ab Im-  
peratore Sindigero episcopo Bambergensi,  
qui Clemens 2. dictus est. Cum  
Henricus quartus Imp. Papam Grego-  
rium septimum prohibuisset, ne ab se  
investituram peterent Episcopi, intel-  
lexisset; & vndique sibi inimicos ab eo  
fuscitari cognouisset, vsque eō ut & fi-  
lium in patrem armaret, & ei Rudol-

Cintis. int. ab  
executore. C.

cod. quor. app.

nō recip. & in  
L. I. C. unde vi.

Clem. pasto. de

re iud. can. ius

autem gentiū.

1. dist. Inno. in

c. olim. in cau-

sam. in princ.

de test. spol.

phum Sueviæ Ducem opponent, Episcopos Brixiae conuenire iussit, quorū consensu excommunicatus & depositus est Gregorius, & suffectus ei Clemens Episcopus Rauennias, ad quem in possessionem inducendum, armata manu, Italiam petiit Imperator. Coactus est & Henricus sextus Paschalem bello petere, qui Romanos ad eum interficiendum excitauerat, quod antiqua Imperij iura, in Episcopatum collationibus, sibi conseruare vellet. Fridericus primus intellecta superba, & pertinaci Adriani, Alexandri, & Victoris Pontificum conclusione, Pontificis népe esse Imperium cui vellet donare, septies Italiam armatus intravit, & cruentum prælium commisit, quo, de Alexandri Papæ factione, duodecim millia occubuerunt. Irritatus Papa, Imperatoris exactè expressam effigiem, ad Aegypti Soldanum contra quem Fridericus exercitum duxerat, transmisit, in super denuncians nimirum pacem habiturum, nisi interficiendum curauisset. Cum itaque Imperator paululum à sus animi caussa secessisset, captus & ad Barbarum perductus est, qui

*Saleus in ea-*  
*tal.scrip. Angl.*

&amp;

& Pontificis litteras, & sibi missam effigiem ostédit: eumque tandem, pacto pretio, honorifice remisit: sacerdotum Christianorum Principis, in hunc Principem, qui propugnandæ Religionis ergo, in tot se pericula cōijciebat, proditionem exsecratus. Hoc scelere ita commotus est Imperator, ut redux, in Italiam duceret; & Alexandrum, simulato habitu, ad fugam cogeret, in Synodo prius Episcoporum sententia damnatum, tamquam Imperij proditorem, imò Christianæ fidei hostem. Filium Friderici Philippum, varijs apud Principes Imperij calumnijs Innocentius tertius lacerauit: quam iniuriam armis vindicandam Germanici Episcopi césuerunt. Otho quartus cùm in Urbe esset, eiusdem Innocentij artibus ita perterrefactus est, ut recurrere ad arma coactus, ingentem ciuium Rom. cædem ederet. Fridericus secundus cuius tempore Innocentius quartus Honorius & Gregorius nonus Pontifices Guelphorum & Gibellinorum in Italia factiones excitauerunt, de principum & prælatorum omnium consilio. coniurationibus Pófificum, armis ob-

uiam ire coactus est. Albertus Imp. & Philippus Francorum Rex, contra ty-  
rannica Bonifacij octauj consilia, con-  
scientia salua insurrexerunt, & excom-  
municationes eius contempserunt: &  
eò Philippus Rex rem perduxit, vt cō-  
uocatis Franciæ Prælatis, eorum sen-  
tentia, Papa schismaticus, hereticus,  
sanctæ sedis inuasor, Ecclesiæ pertur-  
bator, pronunciaretur: turbauerat bo-  
nus ille Pastor, vniuersam Italiam, Al-  
borum & Nigrorum, factionibus. Hen-  
ricus septimus è familia Luzembur-  
gica, vt Clementi tertio qui Rober-  
tum Siculum, rebellem Imperij vasal-  
ium tuebatur, resisteret, iusta contra  
eum, eiusque factionis homines, ar-  
ma sumere adactus est. Quod & Lu-  
douicus Bauarus contra Ioannem vi-  
gesimum tertium, & alios sui temporis  
Pontifices, fecit, hereticus ab eis de-  
claratus, quoniam renunciare, iuribus  
Imperij in Italia, & subiçere Romanæ  
sedi Imperium noller. Patrum autem  
nostrorum memoria, quid Ludouicus  
12. Rex Francorum, quid nuper Caro-  
lus quintus Imp. in Pontifices, officij  
fui limites, magna audacia, transcen-  
dentes

dentes, iure & omnium gentium approbatione egerunt? Ceteris in prouincijs exemplorum plena sunt omnia, Principum & Regum qui Prælatorum & Nobilium suorum concilio, Pontificum ambitione & improbam cupiditatem armis represserunt: quos Ecclesiæ & spiritualem Hierarchiam administrare, aliena messem falce sua non turbantes, conuenit. Hinc deformes illæ Occidentalis Ecclesiæ ruinæ: & Orientalis miserabilis interitus, in quā, illæ dissencionū matre ambitioē portas recludente, lupus irrupit, & gregē Domini crudeliter deuorauit, sed reddent illi Domino rationem aliquando.

Restat nobis secunda quæstio, ad negotiū rectè capiendū, examinanda. An Rex Nauarræ hæreticus sit. Aduersarij eius, opinionē aiunt, quā sequatur, in ultimo œcumenico Cōcilio Tridétino damnata. Respondet Rex, quod illi Cōciliū vocant, neq; legitimè conuocatū, neq; legitimè celebratum esse: quia in eo Pótifex & iudicis & accusatoris partes functus sit; & eos, qui reformationē Ecclesiæ petebant, auditos non esse: De niq; posse multis modis impugnari, &

xxiv,

in Nauarra  
per hereticos

Molin. in Cōf.  
supra Cōc. Tri-  
dent.

multas produci causas, tā in forma & sollēnitate, quā in decretis ipsis & constitutionib, ob quas irritū & nullū sit.

*Psal. 2.* Non pluris itaq; faciendū quā Conciliū  
*Psal. 26.* impiorū, de quo Psalmista, aut Conciliū va-

nitatis, de quo idē alio loco. Maxime cū

*Ioh. 4.* B. Joann. dicat, Nolite credere omni spiritui,  
sed probate num ex Deo sunt. Et D. Hieron.  
docet, Sp. sancti doctrinā esse, que Canonicis  
litteris est prodita, cōtra quā, si quid statuāt Cō

*Actione 3. cōc.* cilia nefas erit. Et cūm Martianus Imp. in  
Chalc.

*2. Volum. Cōc.* Chalcedonēsi Concilio, vetat in dispu-

*l. nemo. C. de* tationē, aut dubiū reuocari, q̄ in eo be-

*sum. Trinit.* nē constituta sint, non concedit effræ-

natam Cōcilijs, contra verbū Dei q̄dli-

bet statuendi, licentiā, loqui enim de

ijs q̄ benē & legitimē, ad Sacrae scriptu-

rē normā cōstituta sunt: Aqua veritatis

norma, Ecclesiast. in cōciliabulo Tridē-

tino cōgregatos, grauiter aberrasse, de-

mōstraturos se, q̄ Nuarreni Regis opi-

nionē tueri, recipiūt. Et hoc ipsis ex-

*3. ad Thess. c. 5.* mē, verbo Dei cōcessū, denegari nō po-

test. Omnia probate, ait Apost. & eius quod

bonū fuerit, tenaces estote.. Et certè, si cōgre-

gatio illa Tridētina, secū dū ipsā Christi

doctrinā, sepultā veritatē eruit, quin

veritatis ipsius igni ( quo traditiones

omnes

Omnes humanæ examinari debent)  
probetur, recusare non potest. Eloquia  
Domini munda sunt, quæ nō verentur igne exa-  
minari. Quia, vt inquit Tertullianus,  
Lex quæ non vult probari, meritò suspecta est.  
Cùm igitur depositis affectibus, libero  
& generali Concilio partibus auditis,  
& ex verbo Dei causa ventilata, Regis  
Nauarræ opinio damnata fuerit, tam  
Catholicus est princeps, tanto zelo &  
timore Dei prædictus, vt liberè & publi-  
cè, coram Ecclesia sassurus sit, grauiter  
se errasse, & seductum haetenus fuisse.  
Interim dùm legitimum illud Conci-  
lium exspectamus, noluit Rex Francorū  
congregationis Tridentinæ decreta,  
in hoc regnum admittere: neq; à quo-  
quam, nisi ab Ecclesiasticis, Monarchiæ  
Pontificiæ columnis, obseruantur. Imò  
Christianissimæ memoriæ Henricus. 2.  
Rex, legatos Tridentum misit, qui se,  
nomine suo, congregationi isti oppo-  
nerent; neq; eam à se probari vlo mo-  
do posse, profiterentur. Et certè recipi  
non potest, nisi violatis iuribus, & au-  
toritate Regis Francorum cōculata;  
& sublatis veteribus in formam Pra-

gmaticæ Sanctionis, ab Regni ordinib;  
bus editis constitutionib. & extintis,  
Sacris Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus,  
quibus est haec tenus, floréttissimi huius  
Regni maiestas conseruata.

**xxv.** Neque in Francia nouum est, Regem  
& Gallicanam Ecclesiam, Concilium  
non agnoscere: quoniam studiosè præ  
omnib<sup>9</sup>, Reges nostri Ecclesiarū suarū  
libertates & priuilegia conseruarunt;  
Pontificum aut recentium Conciliorū  
decretis minimè se obstringentes, nisi  
quantum ea Ecclesiæ Catholicæ con-  
stitutionibus, saluis regni sui iuribus,  
consentanea iudicarēt. Atq; ita se rem  
habere ex hoc innotescet, quod gene-  
rale Viennense Concilium nunquam  
omni ex parte, in hoc regno admissū  
est. Et in Constantiensi libertates, iura,  
immunitates Ecclesiæ Gallicanæ, se-  
cūdū declarationē à legatis Maiestatis  
suæ Christianissimæ, oblatā, cōprobatae  
sunt. Basiliēsis aut cōcilij conclusioni,  
uos Carolus 7. adesse noluit: & eo fini-  
to Biturigib. Ecclesiā suā conuocauit, à  
qua examinatis Cōcilij decretis, eorū  
tantū pars probata est, additis tum  
restrictionibus quibusdam conuenien-  
tibus

ribus. Ex quibus deinde Pragmatica  
sanctio cōfecta est, in Parlamento pau-  
lo post publicata: In ea hæc verba sæ-  
pius repetuntur. Item *Synodus nostra deere*  
*tum, quod sequitur admittit.* nempè ut ostendat,  
non teneri nos constitutionibus  
& decretis Pontificis, aut cōgregatio-  
nis auctoritate eius conuocatæ, quam  
Concilium vocant.

Iam hoc, ex rei veritate, fateri cogi-  
mūr, nullam vñquam istiusmodi con-  
gregationem celebratam esse, quæ ma-  
gis & apertiū Regni nostri prēiudiciū  
& contemptum moliretur, hac vltima  
Tridentina. Nam si penitus introspicia  
mus, maximam decretorum eius par-  
tem, Ecclesiarum nostrarum libertatē,  
& Regis Christianissimi maiestatē ex  
diametro impugnare iudicabimus; &  
esse ad eam oppugnandam, decreta il-  
la, tamquam machinas, constituta.

Primum quia in ea primus ille hono-  
ris & dignitatis gradus, qui inter oēs  
Christianos Reges, Regi nostro cōpetit  
cuiusque à mille annis controuersiam  
passus non est, in dubium reuocatus  
est. Itaq; si Cōciliabuli illius autoritatē  
admitteret, magnū maiestati suę, pundi-  
ciūm

Cōciliū Tridentini in Regis  
Francorum  
maiestatem  
rsurpationes.

Concil. 413.  
vol. 18.

179 APOLOGIA CATHOL.  
ciū faceret: quia, vt Baldus inquit, co-  
ronam libertatis & gloriæ geret.

2. Secundò, quātum ad politicam mo-  
rum reformationem & disciplinam Ec-  
clesiasticam attinet (quæ Regiæ coro-  
næ, quasi flosculus quidam semper ad-  
hæsit) ablatam eam Regi & ad Ponti-  
ficem Rom. translatam cognoscet, qui  
Cōciliabuli Tridētini sessiones leget.  
Quarto & 7. sessionis septimè decreto  
statuitur, ad electionem & ordinatio-  
nem Episcoporum & presbyterorum,  
adī. a. nota ci-  
mam. 63. dist. consensum populi & auctoritatem ma-  
gistrarii. 93. dist. gistratus necessariam non esse. Quod  
z. quanto. 63. cum iure diuino, primitiæ Ecclesiæ  
consuetudine, canonibus antiquis, &  
Caroli M. atque Ludouici Pij constitu-  
tionibus directò pugnat: in primis au-  
tem cum trium Ordinum, Aurelianis  
anno 1560. congregatorum cōstitutio-  
ne, qua statuitur, è Nobilium numero  
duodecim, totidem è ciuium corpore,  
electioni cum Ecclesiasticis adesse de-  
bere, vt ita trium Regni ordinū conser-  
su, iusta & legitima electio perficiatur.  
3. Item in secūda parte supradictæ ses-  
sionis, prælatis tribuitur de redditibus  
& ædificijs Ecclesiasticis cognitio: cō-  
tia

tra Regum nostrorū edicta, inter quæ  
illud est Caroli 6. anni 1385. ad iudices  
Regios Ecclesiasticorum ædificiorum  
jurisdictionem pertinere.

Eadem sessione ; Episcopis conce 4.  
ditur de Procho trophiorum redditibus  
partem ad se transferre; nempe ad au-  
gendam prælatorum, pauperum di-  
spendio, opulentiam, & emorientibus  
ouiculis, pastorum luxum fouendum:  
Contra Regis auctoritatem, & magni  
eius Eleemosynarij cura, & antiquas  
& recentes Regum cōstitutiones, Fran-  
cisci.1. & Caroli.9.

Alia iniuria est, quod monitiones & §.  
excommunicationes, ad amissas res de-  
nunciandas & temperandas, introdu-  
cit; contra infinita supremarum huius  
Regni curiarum iudicia, quibus moni-  
tiones & excommunicationes, in eam  
rem factæ, damnantur.

Laicos, Episcopis & eorum officia- 6.  
libus ad pœnam pecuniariam condé-  
nate, & ad eam exsoluendam, pignori-  
bus captis, venditione bonorum, cor-  
poris in carcere, cogere concedit:  
quamuis apud nos, ne in Ecclesiasticos  
quidem, eam vñquam auctoritatem

7. Vetat magistratū, Ecclesiastici iudi-  
cis excommunicationē impedire, aut ia-  
ctā reuocare: quamuis eo telo grauitet  
Ecclesiastici, & sæpè abutantur.
8. Philippi Pulcri Regis, de duellis con-  
stitutionem abrogat, à Parlamento du-  
dum approbatam & in publicas tabu-  
las relatam: & ita Reges, Principes,  
Duces, Marchiones & alios iure suo  
spoliat, quæ, vti supra demonstrau-  
mus, atrox est iniuria.
9. Prömotionem ad Sacerdotiū, pa-  
rochias, aliasque dignitates Ecclesia-  
sticas, anno ætatis vigesimo quinto,  
admittit: cùm Franciæ ordinum con-  
stitutione, iam antè publicata triceli-  
mus annus requiratur.
10. Professionem anno ætatis vigesimo  
sesto, completo, factam, recipit: scili-  
cet corrigens eorundem ordinum con-  
stitutionem, quæ valere eam, non nisi  
vigesimo quinto anno expleto in ma-  
sculis, 20. in feminis, voluit.
11. Episcoporum & Prælatorum pro-  
uisionem Papæ tribuit, contra anti-  
qua Caroli Magni & liberorum eius e-  
dicta,

dista, & D. Ludouici Pragmaticam sanctionem, quae in stylo Parlamenti, continetur, & ordinum Aurelianensium constitutionem.

Archiepiscopis & Episcopis diocesis per vicarios visitare permittit, contra quam idem ordinum conventus statuit.

Pontifici, simplicia beneficia Episcopatibus adiungendi potestate tribuit; contra Constantiensis & Basiliensis conciliorum decreta, & res in Curijs huius Regni iudicatas, quibus coiunctiones illae, non nisi in re presenti fieri possunt.

Eodem conciliabulo, indulta, quae vocant, Parliamentorum Curijs, & quibusdam huius Regni collegijs & universitatibus, Rege petente, concessa, revocantur: & Ecclesiastici vniuersitatum & priuilegiatorum huius Regni conseruatores abrogantur.

Qui religionem voverunt, nulla ratione de bonis acquisitis, seu mobiliis, seu immobilibus disponere permettruntur, contra eorundem Aurelianensium ordinum constitutionem, concilio Moguntino, tempore Caroli Magni celebrato, congruam.

Men.

16. Mendicantibus, redditus, agros & immobilia bona habere concedit: contra Viennense concilium, anno 1310: celebratum, & infinitas Curiarum sententias.
17. Nominationem Regiam in conuentibus & monasterij regularibus, Abbatis & Præpositas triennales, ordinu auctoritate constitutas, tollit.
18. Monachorum congregations & capitula generalia admittit, quæ res in Imperijs periculosa & exempli pessimi. Subtrahunt enim se, eo modo, de Regis & temporalium magistratum iurisdictione: multis itaq; Curiæ Parlamenti iudicijs damata sunt.
19. Episcopo nouos dies festos instituendi liberam potestatem tribuit: quod & à Parlamentis sæpiissimè, & prouinciali Sessionesi Concilio anno 1527. datum est.
20. Laicorum patronatus reiicit, nisi patroni instrumentis authenticis, quinquaginta annorum continuas presentationes probent: nullas præterea pabulationes admittens.
21. Ecclesiasticis iudicibus, iuris & possessionis patronatu, que fundatione, aut

aut dotatione, aut cōstructione ab aīis  
40. acquisita sit, cognitionem tribuit:  
quae iuris Regij & magistratum eius  
usurpatio est iniusta.

Nouum iudicū delegatorū or.<sup>22.</sup>  
dinem instituit, quos Apostolicos vo-  
cat, qui ab episcopis, in sua quisq; diocē-  
sēs, absq; Regis auctoritate constituā-  
tur: & hoc est nouos quodammodo ho-  
mīnes producere, Maiestati suæ, sub  
qua viuant, non subiectos.

Denique Conciliabulum illud Pon<sup>23.</sup>  
tificem supra Regem collocat: Episco-  
pos submittere se Regibus & Principi-  
bus vetat.

Ecclesiasticis omnibus, qui iure con<sup>24.</sup>  
suetudine in prouinciali Concilio sen-  
tentiae dictionē habent, illa sua decre-  
ta ut approbent iniungit; obediētiam  
Pontifici iurent, eumq; Dominum pu-  
blicè agnoscant.

In vniuersitatibus nequid, nisi decre<sup>25.</sup>  
tis suis consentaneum doceatur, vetat:  
& annum sollempne Sacramētū san-  
ctitati suæ p̄fēstari iubet.

Omnibus præterea Principibus &<sup>26.</sup>  
Dominis, Canonum suorum obser-  
uationem iniungit: iniquas illas om-

nes & tyránicas Bonifacij octauij, alio-  
rumq; decretales renouans, in hoc Re-  
gno iam olim Regum edictis & consti-  
tutionibus, sententijs etiam Parlamen-  
torum, & maioris Concilij abrogatas.

27. Episcoporū Franciæ causas ad Rom.  
curiam & consistorium Papæ reuocat:  
e si quis episco-  
pus. 6. q. 4. c. si  
inter episcopos contra Regiæ maiestatis au<sup>t</sup>oritatem,  
e si quis episco-  
pus. c. si episco-  
pus. 11. q. 3. c.  
decremimus. 3. quest. 9.  
& veteres Ecclesiæ Catholice Cano-  
nes, quibus causæ criminales Episco-  
porum, quamuis ob eas dignitate pri-  
uandi, aut gradu mouendi forent, ad  
prouinciæ Episcopos, aut Synodum  
prouincialem, non autem ad Pontifi-  
cem, referuntur: ut Curiæ innumeris  
sententijs, secundūm generalia Conci-  
lia Constantinopolitanum & Cartha-  
ginense decisum est. Sed & summo Re-  
gis imperio, & iurisdictioni, quam in  
Episcopos Regni sui semp<sup>t</sup> habuit, gra-  
uis fit iniuria: Exépla in promptu sunt,  
Aegidij Rhemēsis Episcopi, Pr̄textati  
Rothomagēsis, Desiderij Viēnēsis, & a-  
liorū q̄rū Gregorius Turonēsis, Aimoi-  
n<sup>o</sup>, Ado & Vincētius meminerūt. Et, vt  
verbo dicā, Conciliabulū hoc antiquissi-  
ma nobis auffert Ecclesiæ nostrę priu-  
legia, ut Pōtificios abusus tātō firmius  
stabilit. Sed

Sed & matrimonia, alibi quā in Eccl. 18.  
clesia Romana contracta, rescindit, &  
per nullis habet. Hoc solū caput grauis-  
simas pareret & infinitas turbas, lites,  
dissētiones, in plerisq; maximis huius  
Regni familijs, quę approbāte, & con-  
sentīte Rege, sub edictorū eius aucto-  
ritate, matrimonia cōtraxerūt, & libe-  
ros inde p̄creasrūt. Et hi, si dis placet, il-  
legitimi iudicabūtur, successionib. pa-  
rētū spoliabūtur; vxores ipsę legitimo-  
rum virorū suorū concubinę & adulter-  
ræ habebuntur. Hoc nēpē est ius omne  
& fas conculcare: hoc est Deo bellum  
inferre; in alieno regno, nouum regnū  
excitare; & hominū, qui cōmuni & le-  
gitimo Regis imperio soluti sint, socie-  
tatem inducere; Ecclesiam, Dei spon-  
sam, deformare; Francorum Regem sa-  
tellitem suum, & mādatorum suorum  
executorem facere; eiq; Regni sui ad-  
ministrandi & regendi auctoritatē eri-  
pere. Itaque, qui conciliabuli istius pu-  
blicationē hodie tantopere efflagitāt,  
mihi nunquam Francos se esse persua-  
debūt: Animo isto certè, Pontificiæ di-  
gnitatis se propagatores, & negotiorū  
eius p̄curatores, non autē Regis sui &

supremi Domini fideles subditos & ministros produnt.

Omnium igitur virorum bonorum & Francorum, verè Catholicorum, qui sub Ecclesiæ Röm. traditionibus piè viuunt, iudicio Tridentina illa cōgregatio, non nisi pro manifesta, in Coronę huius auctoritatem & dignitatem, & subditorum securitatem, quorū nemo est qui non se læsum sentiat, cōspiratione, & horrenda coniuratione haberī debet. Et magnā hominibus nostris, cuiuscunque conditionis illi sint, iniuriam facimus, si pro hereticis eos habeamus, qui malitiosis & crudelibus Pontificis & exeterorū, quos splendor huius regni & fastigiū rodit, consilijs obedire, sēq; ijs subijcere, & contra petriā sētire nolūt. Maximè aut̄ hac de iniuria conqueri Rex Nauarre poterit, quē tāgit res ipsa quā proximè, vt pote p̄cipuū & efflorescentē Regni Fraci- ci arboris ramum: ideoq; præ ceteris ad glorioſissimę huius & inuitissimę Monarchiæ iura, libertatē & dignitatē defendendā & cōseruādam obligatū.

**XXVI.** Iam quærit à vobis Rex Nauarre, quo iure eum & quas ob causas hæreticū

ticum & pertinacem existimatis? Hoc enim certū est solum eū hereticū dici debere, qui falsam doctrinam tueatur, sacris veteris & noui testamenti scripturis contrariam: qui fidei nostræ articulū aliquē negat, quales olim Manichæi, Nestoriani, Sabelliani, Arriani & similes fuere. Ut verum dicam, persuadere nobis quidam conati sunt monstram esse & horredam eam opinionem, quam Rex Nauarræ sequatur: in sectatores eius tamquam in canes nos irritarunt: familiaritate nos eorū, tamquam infidelium prohibuerunt. Sed expendamus, quæso, fidei eorum Confessionem diligenter. Christianos esse iudicabimus; de fidei articulis nobiscum sentire; eundē Deū adorare; salutem per eundem & in eodē Iesu Christo quærere; patrē nobiscū cōmunem habere; ijsdem sacris Biblijs fidem adhibere; in eodē Euangeliō, tamquā vni co fidei clypeo, fiduciā ponere; de eadē successione, ex eodem testamento, eodē iure, partē petere. Dissensio omnis in eo est, qd' simplicē illi & purā Euangelij doctrinam, multis additionibus & traditionib. humanis, quæ Ecclesiā

APOLOGIA CATHOL.  
inuaserant, infercitam inuenientes, re-  
purgationē earum & reformationē po-  
stularunt: eaq; nō impetrata, subito se  
ab Ecclesia nostra separarunt, simplici  
illa forma, in primitua Ecclesia vſitata,  
contenti. Nos salua cōscientia nostra,  
permanere nos vltra posse putauimus  
donec necessaria institueretur reforma-  
tio. Vtrique salutem quærimus, & ad  
eundem scopum tendimus, & eadem  
ratione eundem Dei agrū colimus; per  
vnum & eūdem Baptismū eiusdē fidei  
domestici sumus, eiusdē vineę vites; i-  
mo eiusdem vitis palmites. Q̄ārendū  
ergo est, quare vna potius quam altera  
pars heretica sit, cūm fidem eādem, li-  
bros eosdem, scopū eundē habeamus.  
Ideo, vt ego qđē iudico, iniuriā sibi fie-  
ri Rex Nauarre meritō cōqueritur, qđ  
hereticus dicatur, antequam opinio e-  
ius, libero, sancto & legitimo concilio,  
ad quē omnib. securus & liber aditus  
pateat, damnata sit. Nam quod eū pti-  
nacē vocāt, petit à vobis, Cui bono ei per-  
tinacia illa, in hoc, de quo agitur, nego  
tio esse possit? quā sibi inde vtilitatem,  
quod cōmodū, qđ auxiliū, quā requié-  
sperare possit? Comitatū Regis, Dñi  
sui,

sui, reliquit: diu propter aduersarios  
rum suorum impudentes calumnias,  
extra gratiam eius fuit, quod, inter omnia  
in commoda, tulit grauissimè: Do-  
mibus suis & arcibus maxima ex par-  
te extorris vixit; semper errans, cum  
exiguo sèpè comitatu, hostium suorū  
viribus circumdatus, mille periculis  
expositus. Cùm aliás, fauoris & amici-  
tiæ maiestatis suæ certus, dignitates  
sibi amplissimas, securum otium, & o-  
mnia humana commoda certò promis-  
tere potuisset.

Quicunq; igitur vel minimū iudicij  
habuerit, nunquā sibi psuaderi patiet,  
Principē hunc, cuius, ceteris in reb. per  
spect hababemus prudentiā, florē æta-  
tis suę, perpetuis in curis, pertinaci cō-  
tradictiōis animo, miserè cōsumere vo-  
luisse, petius q̄ feruenti ad Dei honore  
zelo, & pio salutis animæ suæ studio.

Iam, præter innumera illa Tridenti-  
ni cōciliabuli capita, & grauissimos er-  
tores, quæ nullum & irritū eū esse de-  
clarant, Notū hoc est, Regē Nauarre, ta-  
lem nō esse, qui legib. & cōstitutionib.  
Regni, ipsius Regni successione (si ad  
eū forte deueniret) priuari vlo modo

debeat. Quoniā eiusdē religionis ceteri, in hoc Regno sub Regis imperio & auctoritate viuentes, indigni non habetur, q̄ omnis generis successiones & hereditates iure ad eos naturali aut ciuili spectantes, secundūm in hoc Regno obseruatas leges, capiāt: idq; ex ordinū generalium constitutione, vt nemo ignorat, & ita cotidie in supremis Franciæ Curijs iudicatur, ex editis à viginti annis, sub Carolo 9, & hodiè regnante Henrico. 3, editis. Peiorem autē Regis Nauarreni, in Regē successiōnem, quām cuiusuis priuati hominis, cūm eadem in causa sint, conditionem existimare, & in eo, legē generale coartare, venia illorum dixerim, rationi omnino & iuri repugnat.

*I. illud. ff. ad  
leg. Aquil.  
I. à Titio ff. dc  
fuit.*

Vt ea in pauca conferā quib. hereticū se nō esse, Rex Nauarræ probat, hę breuiter, sunt eius rationes, quas dilatare cūiq; & diffusius cōsiderare, facile erit. Prima, legem & decretum quo inimici eius & calūniatores maximē nituntur, cōgregationē nempe Tridentinā, plurimis & diuersis rationibus nullitas argui; quas tamquam praeiudicia, primū decidere oporteat: sustinēda est interim

interim legis virtus, donec nullitatis  
agatur causa, hac exceptioe, Quod pre-<sup>l.fundū.l.fun-</sup>  
iudicium legi fiat: In Francia maximè, in  
qua Regem Christianissimum & supre-<sup>di ff.de except,</sup>  
mas Curias conciliabulum illud nun-  
quam probasse, satis cōstet. Ita ut quā-  
uis nullitates illæ, subsequentे concili-  
ij illius approbatione, tectæ quodam-  
modo essent, in hoc tamen regno locū  
id non haberet, quod ipsorum Pontifi-  
cum testimonio, legem ab alterius cu-  
ijsuis Principis voluntate, approbati-  
one, sententia, capere non tenetur. Co-  
gant itaque subditos suos Hispanus &  
Sabaudus ad Tridentinorum decreto-  
rum obseruationem. Rex Christianissi-  
mus eiusque Parlamenta, sibi adhuc le-  
gem non dixerat. Multo autem minus  
Nauarræ Rex, qui, quamvis Christia-  
nus sit, Rex & Princeps supremus, qua-  
lem eum aduersarij, ipse etiam Ponti-  
fex, agnoscant, neq; ad Concilium vo-  
catus, neq; audit9 est. Quę igitur in eo,  
inuocato ipso & inaudito decreta &  
iudicata sunt, obligare ipsum, ut ea ob-  
seruare teneatur, non possunt. Quartò  
quamvis auditus esset, & esset Triden-  
tina lex legitimè lata, cui tamē vñquā

auditum est, capitum aut alterius suppli-  
cij sententiam, in eos qui in legem &  
constitutiones peccauerat, exsecutio-  
ni mandatam esse, quin à Magistratu-  
prius, legum custode & sacerdote, in-  
terrogati, auditi, conuicti; saltim appel-  
lati, citati, & tribus editis euocati es-  
sent, aliæque iuris solemnitates obser-  
uatæ? An soletis, obsecro, etiam scele-  
ratisimum latronem, sine villa proces-  
sum solemnitate, cruci affigere? Vul-  
tisne cæcis affectibus vestris, in magnū  
& Christianum Principem, ea lege na-  
rum, ut vobis imperare aliquando pos-  
sit, frænos laxare? eorumque in eum  
impotentiam exercere? Vultis eum in-  
auditum, non citatum, in dicta causa, iu-  
re, quod ei natura ipsa defert, spoliare?  
Est ne hoc in grauiissimis negotijs, mo-  
ris vestri, ut armata manu, per fas per  
nefas, fidé vobis haberi veliris? An vos,  
qui hostes estis, in vitam & bona eius  
armati, iudices esse & in eum sententiā  
ferre æquum iudicatis? An Papam for-  
tasse iudicem datis, in quem agitur cau-  
sa, & de cuius in primis reformatio-  
n tractatur? Non, nō, bello & gladijs nū-  
quam ad concordiam perueniemus: si-  
quis

quis in tenebris est, illuminandus, non interficiendus est; si conspurcatus, lauandus, non submergedus; si ægrotus curandus, non tollendus. Qui Ecclesiæ concordiam restituere vult, eos qui secesserunt, in viam reducere, & eos qui aberrarunt, reuocare conatur. Vis autem, & bellum, & seueritas, hoc agit ut tollat eos è medio; non ut redeant, sed ut amplius non sint. Esset certè remedium hoc, ipso morbo deterius: & sinistrè de causa nostra, viri boni iudicabunt, si rationis & iuris vice, vim amplectamur. Quid igitur Christiani, si rationis particeps haberi vultis, faciendum est? Rex Nauarræ & eius opinionis homines, viuis sunt rationibus conuincendi, & ad hoc, conuocate ecclesiam Catholicaam, eiusq; Christianos principes; partes omnes examineate; Regem Nauarræ præsentem audite; saltim solemniter & securitate promissa & constituta citate. Atque ita legitimè conuocato Concilio, Hæreticum eum declarate, excommunicatione ferite; & vos in eum, ut Ecclesiæ Dei videbitur, gerite. Adhuc, certè veri latrones estis, Ecclesiæ Catholicæ hostes, tranquillitatis

Christianæ turbatores, Athei & diuinis  
numinis contemptores, qui Catholicā  
Religionem, quam ne hilum quidem  
facitis, ambitioni vestre & sceleri pre-  
tenditis.

XXVII.

Hic nobis occurritis, Heretici exter-  
minandi sunt: egregium certè, pium, &  
Catholicum consilium, & mihi quidē  
ita videtur. Sed, obsecro vos Franci, ra-  
tiones, effectus, scopum, quem Zela-  
tores hi, ecclesiæ columina, fidei cly-  
pei, propositum sibi habent, conside-  
rate: nempe vi & armis, rebelles, Regē  
suum & sceptro & vitâ spoliare. Hoc  
enim vnum, si fateri verum volumus,  
quærunt. Pauperibus eleemosynæ dā-  
dæ sunt, sed non diuitibus sua rapien-  
da: puniendi sunt scelerati, sed non i-  
deo Magistratui, qui ad pœnam latus  
videatur, mors inferenda: subleuanda  
est plebs, sed hoc rebellionibus & ar-  
mis in Regem sumptis tentare, neque  
vos, neque quemquam alium decet.  
Insolens non est neque nouum, vt de-  
nimijs Regum exactionibus viri boni  
conquerantur, sed voluntati se Regum  
suorum armis opponendi, nunquam  
eam sibi causam esse voluerunt: neque  
Eccle-

Ecclesiasticus vniquam ullus inuentus est, qui Dei timore ductus, seditionis orum hominum eam ob causam in principem suum insurgentium, buccina & tuba militaris esse voluerit. At nostri habentatores, Cardinalem obiciunt Borbonum, Pontificis in Francia legatum, & quod pluris faciendum est, è Regia familia. Isaias Propheta de temporis sui Isa. 1. & 3.  
exactioribus nimis grauiter conque-  
ritur. Ezechiel in eas inuehitur, princi- Ezech. 4.  
pumque vitia detegit: Amos oppres- Amos. 4.  
res populi vocat, & calumniam facien-  
tes egenis: Micheas diuinum illis iudi-  
cium denunciat, qui pellem populi de- Mich. 3.  
super excoriat: Sophonias acriter eos Soph. 8.  
vituperat. Numquam se tamen sancti  
illi viri coniuratis iunxerunt, vt eo præ-  
textu in Principem subditos concita-  
rent. Regem oportet, inquiunt censores  
nostris, mores suos & actiones refor-  
mare: sed armata manu monendus no-  
est; neque lingua & manu Maiestati suæ  
iniuria incutienda, èo etiam impuden-  
tiæ prolapsi, vt affectibus eius vim af-  
ferre, & quos amat, odio eum habere  
velint, quasi & ipse homo, humani ni-  
hil pati, neque eos, quos fidos sibi no-

uit, benevolentia prosequi deberet. Mi-  
fera certè conditione Rex esset, si quæ  
amat, odisse; quæ odit, amare; quæ ne-  
que vult, neque potest, velle; quæ vult,  
nec velle cogatur: affectibus denique  
subditorum suorum, atque alienæ in-  
uidiæ & cupiditatibus feruire cum o-  
porteat. Supra modum ista, quæ neque  
maximè severis Aristarchis probetur.  
Quærerem ab istis reformatoribus lu-  
bens, vnde tantæ ipsis opes, tantæ vi-  
res, ut bello Regem ipsum petere au-  
sint. Vnde, inquam, nisi ex ipsis meto-  
ptimi Regis & prædecessorum eius li-  
beralitate nimia? Qui inter eos primū  
locū tenet, quo obsecro gradu est, aut,  
ut dicam rectius, quo gradu in Francia  
esse debet, nisi Francici nobilis, quales  
& iij sunt quos Rex hodiè beneullen-  
tia prosequitur? Nōne eorum à Regi-  
bus dignitas cepit? nōne ab ijsdem est  
conseruata? Quare igitur, ijs inuident,  
qui & eodem, quo ipsi loco orti, & ea-  
dem, qua ipsi ratione promoti sint?  
Quare diligi à Rege Eſpernonium Du-  
cem, aut quempiam alium ægrè ferūt,  
cūm & eorum maiores apud prædeces-  
sores Reges pari gratia fuerint? An rerū  
omnium

omnium vicissitudinem esse ignorantem  
ortumque suum omnia, progressum, sta-  
tum & finem habere? Quid a successore,  
quem nominari a Rege volunt, sperare  
amplius possunt? Nihilominus Region-  
rum subditorum animos, malis artibus ten-  
tant & corrumpunt: eò usque; ut a recipie-  
do Regio praesidio dehortetur: & sedi-  
tiosas spargat voces, superesse, scilicet  
de stirpe deorum heroas, Francorum impe-  
rio dignos, Denique verissimum hodie,  
Francisci i. aui Regis nostri, reddunt o-  
raculum: solebat ille, diuino, opinor, spi-  
ritu concitatus, dicere, quod de eius ore si-  
de digni homines audiuere: Si istorum, qui  
omnia nobis hodiè turbant, posteri sui  
opera vteretur, omnibus viribus conatu-  
ros eos, suos despoliare liberos, popu-  
lumque nudum derelinquere. Et, nescio quod  
malo, canes istos ita latrare affueimus,  
ut nunc etiam Dominum suum non latratu-  
rant, sed dente quoque petere audeant.  
Memineritis, Franci, verissimam D. Au-  
gust. sententiā, conciliū illud sine cul-  
pa esse non posse, cuius rationes, scopus  
effectus, vitiosi & reprehensione ma-  
xima digni sint. Neque est quod religio  
eos & pietate duci arbitremini; Austra-

ti quodā, pestilentī vento, agitantur, &  
Hispanico incēsi calore, in rabiē agūt.  
Et certè VVisigothorū Regi pluris est,  
Nauarrenum Regē funditus euertere,  
quacunq; tandem ratione, q̄ inferioris  
Germaniæ imperiū reciperare. Hac n.  
vnica ratione, & prouinciæ illius, & e-  
ius Regni Nauarreni partis, quā iniultē  
per latrociniū occupatū, detinet, quā-  
que lōgo se iā tēpore præscripsisse pu-  
tat, imperiū sibi in perpetuū cōfirmat:  
imò Hispanię vniuersæ, & ceterarū di-  
tionum suarum certā sibi possessionē  
reddit, q̄ dubia vacillaret, si aliquando  
Francorum Regem, certum hostem ha-  
bent seriō. Itaque non est quōd Rex  
Christianissimus, & Rex Nauarræ som-  
nia sibi nunc fingant: hoc sciant &  
Pontificem & Sabaudum eorumque  
fœderatos statuisse bonam Hispano  
operam, præstare, ne quod inde dām-  
num capiat. Adde quōd & de Curia  
Romanæ crumena agitur, quæ Franci-  
cis aureis, Alpes nunc səpē, renouatis  
Tridentino conciliabulo, annatis, tran-  
scendentib. cupidē pascitur: vereturne  
paullatim in tā lōgo itinere, intercipiā-  
tur, vt səpissimè olim, Regū nostrorū  
edictis

edictis & supremæ Parlamenti Curiæ  
iudicio accidisse meminit. Nemo itaq;  
miretur, non lubentem, tam delicata  
maceta, quæ cœnæ eius caput est, Pon-  
tificem priuari. Hoc interim certum  
est, homines nostros & alios huic  
Regno, & Regis nostri Maiestati de-  
uinatos : qui cottidie in ipsum Regem  
insurgunt, instrumenta esse & machi-  
nas, quibus Hispanus aurum suum,  
in hoc Regnum desert, ad corrupcen-  
dos subditorum animos, res nostras  
turbandas, suas promouendas : illis  
eadem ratione, perditis hominibus,  
egregiam occasionem præbens sua i-  
psorum negotia procurandi, & regnū  
hoc si ita res ferat, occupandi. Henri-  
ci secundi Regis morte, hoc vnum a-  
gunt, in id solùm, totis incumbunt a-  
nimis & corporis viribus.

Imò & hoc suaves nimirū homines  
prædicant, satius & commodius esse,  
Fräcorum sibi Regnum parare, quam,  
Ierosolymam, tanto itinere, Code-  
fridi Bullionij, petendæ successionis  
causa proficisci. Iam Reginam, Regis  
matrem (quam & Hispanissantes Fran-  
ti nostri inuocant) obsecro, ne à spe-

N

Psal. 5. cie coniuratorum amica decipiatur, &  
*Non est in ore* hoc certum & fixum habeat, quan-  
 sorum veritas  
 eorū vanū  
 est. Sepulchrū  
 patens est gut-  
 tur eorum.

tumuis melliti & amici sermones eo-  
 rum videantur, non nisi Regis filij, at-  
 que ipsius Reginæ matris, vita, & Re-  
 gno, inprobam eorum cupiditatem  
 exsatiari posse. A Deo autē Opt. Max.  
 supplex peto, Regē nostrum Salomo-  
 nis imitari prudentiam, velit. Is cū ab  
 eo Berlabea mater peteret, vt Adoniæ  
 cū Abisai Sumamitide, Dauidis senis  
 cōcubina, nuptias probaret: (statuerat  
 eo prætextu Adonias, auxiliantib. A-  
 biathar Sacerdotę Ioab & Senai, Rege  
 & vita & Regno spoliare) callidū & im-  
 piū consiliū, prudentissimus Rex præ-  
 sentiēs, repudiatis Reginæ matris pre-  
 cibus, Adoniam, Ioab & Semei morte  
 plecti, Abiathar dignitatē sacerdotali  
 priuari iussit.

XXVIII. Sed quis Dauidis rabulæ, ad Ponti-  
 ficem & curiam Rom. profectionis cau-  
 sas ignorat? Eius, boni hi discipuli in-  
 structionis capita, adamussim insequū-  
 tur. Sciunt, qui illa viderūt, an nō tragi-  
 ea hæc exordia, & ea quæ nunc præten-  
 dunt, & ad quæ palam aspirant, exactè  
 in ijs perscripta contineantur.

Dispū-

Disputationis autē illius, tribus aut  
quatuor ab hinc annis, ab baccalaureo  
quodam, subornato, in Sorbonā publi-  
cē celebratæ? Inscripterat is theses  
suas Cluniacensi Abbatī, Lotharingi  
Cardinalis notho; quibus tuebatur li-  
cere populo, Reges tyrānos, improbos  
hereticos deponere, pellere, interfice-  
re. Quod cū Rex inaudisset, cōmotus,  
quia pessimi & periculofissimi exépli  
res videbatur, miser ille fœdum Sata-  
næ instrumētum, pro Collegij Sorbo-  
nicivaluis imperfectus est, ab quodā, qui  
nuper admodū Hispanico auro, & pre-  
ciosis rebus sonustus, evasit, ne ipso fa-  
tente, parum Christianæ illius do-  
ctrinæ auctor proderetur. Nōnne no-  
tauimus quales homines Regis fratri,  
nuper defuncto, quam ob causam in-  
sinuarint? quorum præcipuus, fuerat o-  
lim in turbatorum nostrorū schola in-  
stitutus; & nunc factionem eorum se-  
quitur: tūm tēporis hoc agens, vt Prin-  
cipem illum adolescentē, omnis gene-  
ris voluptatibus, luxu & iuuenili calo-  
re, corrumperet, & hoc amplius, Domi-  
num suū Hispaniæ Regi prodebat,  
Hispanum Statibus Belgij vendebat,

Hugonotos, prædē omnibus exponebat; ea ratione, vndique faciebat, cum magna famæ, existimationis & vitæ Domini sui iactura. Eadem, tres autem quattuor alij nebulones, eādem ex sen-  
tina Celsitudini suæ oblati, factita-  
bant, vt eum quolibet modo, præci-  
pitē darent, & primo cuique infortu-  
nio, quorum illi dies noctesque infini-  
ta & varia struebant, perdendum ob-  
ijcerent.

Visque eō vt cum fratre eum Regē  
committerent, & instrumētis illis suis  
Satanicis, quæ apud vtrumque, in eam  
rem, habebant, mutuam inter consan-  
guineos fratres dissidentiam alerent,  
quæ tandem alterutrius, aut utrinque  
fortasse ruinam produceret, & eadem  
via Regnum hoc perderet. His artibus  
intenti, Regis nostri curam non omitte-  
bant. Namq; cùm eum magno zelo, et  
ga Catholicā Religionē, præditum co-  
gnouissent, artifices quosdam Hispani-  
cos subornarūt, qui Religionis eū pre-  
textu fascinarent, eo nempe animo, vt  
eodem eū modo quo nuper Sebastia-  
num Portugalliæ Regē perderent: quē  
miserū ideo prodiderūt, vt eō facilius,  
pulcrum

pulcram illam prouinciā Hispanus de-  
glutiret, Satanicis IUS VITARVM Hi-  
spanicorum fraudibus qui Portugalli-  
cis hac in refuēre callidiores: aut, quod  
verius est, vtrorunq; nefanda in Regnū  
miseri illius adolescentis Regis, con-  
spiratione, ut cæco impetu eò se p̄c̄i-  
pitaret, vnde certa ei mors impéderet;  
quod ita factum, defecit Portugalliae  
Regnum, longo tēpore, à Deo, in Chri-  
stiani nominis propagationem conser-  
vatum. Idem sibi de Rege nostro poll-  
cebātur: sed, Dei gratia & benignitate,  
prouidētior fuit; & malignos illos à se  
spiritus tempestiuē repulit.

Regi etenim salutare est impr̄mis  
& necessariū, verè Christianū esse, piū,  
& Catholicę fidei zelatorē: sed super-  
stitionis esse, & hypocritam, & ipsi &  
Reip. perniciosum est. Primū quod  
superstitione illa excæcatus, veros ami-  
cos à simulatis, & inuidis, & clandesti-  
nis hostib. discernere nequeat: Deinde  
quia p̄cipiuū muneris Iui officiū ne-  
gligit, curā nempe & administrationē  
Regni sui, ad quam solam, Rex est, na-  
natus, electus & obligatus, ut in ea  
Deo seruiat.

N. E.

consentaneū esse  
vbi q; in bono-  
rum omnium  
ruinam, impiā  
lesuitarum fa-  
ctionem: que  
sola hodie satas  
næ imperium,  
sub Hispanice  
tyrannidis au-  
spicys, sustinet

Tum quod hoc seculo, quo nasci nos  
Deus voluit, mentibus hominū subdō  
lis, & fraude mala corruptis, suspectū  
omnes illum habent, quē extēra illa  
pietate conspicuum cernunt, nec si-  
dem habent: seu quia vnuſquisque tā  
Religiosæ pietati, quam consequi nō  
potest, inuidet; seu quōd quæ exte-  
no isto cultu nitent, minus vera plerū-  
que & syncera sunt.

Vnica restat, veteratoribus nostris,  
techna, quæ omnino detegenda &  
palam facienda est. Haec tenus leui-  
ter, quantum crassis corporeis ocu-  
lis cernimus, rē aggressi sunt. Hoc vñ-  
num postulant, Pacificationis edicta  
rescindi, vt vnius solius in Francia Re-  
ligionis exercitium vigeat. Sed altius  
speculari rem oportet. Cupiunt hoc  
prētextu, Regem in ciuilium bellorum  
pelagus immittere, & (quod iam facti-  
tarunt aliquoties, cū verebantur ne lō-  
ga pace, Regni huius vulnera coalesce-  
rent) ad pacem frāgendam, & benevo-  
lentiam erga Natiarræ Regē & Refor-  
matæ Religionis homines, cōceptam,  
deponendam adducere: ita vt sibi ipsi,  
Regum miserrimus, manū sinistra, de-  
xtram

Xtram amputet. Vnde iandudum con-  
jurata, Regis Nauarreni mors conse-  
quatur: in quem præcipue, tamquam  
præcipuum scelerum suorum scopum  
armantur. Eo mortuo, si & ipse Rex, cu-  
ius in posterū opera nō egebunt, breui  
aut dolore nimio, aut indignatione ex-  
tinctus non sit, multos de Italico fœde-  
re artifices habent, q̄rum oꝝa, breui eū  
expeditū, in sinum Abrahæ mittat. Tū  
deimū, tot insignib. & memorabilib. in  
Fraciā meritis, decorati, imperio & co-  
rona Francorū digni habebunt, scili-  
cer, quām nunc sint, digniores: quāuis  
iādudum, per speculatores Hispanicos  
quos habent, in aula Regia, mercede  
conductos, merita sua, clara voce, decā-  
tare cœperint: per quos etiam vulne-  
ra, pro huius Regni dissipatione exce-  
pta, palam ostentant, veterum Roma-  
norū exemplo, qui nuda, populo  
Romano pectora, ad captanda populi  
suffragia, ambitiosè ostentabant. Itaq;  
cū, artibus suis, Regē nostrum, & Re-  
gem Nauarrenum vita exuerint ( quos  
duos habent consiliorū suorum obsta-  
cula ) p̄vnius anima, venerandū illud,  
Deprofundis; de alteri⁹ morte, Te Deū Lai-

damus, cantitari curabunt : quo facto,  
Curiæ Rom. absolutione, plumbleo  
figillo confirmata, supra cygnum &  
niuem dealbabuntur. Ceteros nam-  
que Principes Regios, ne flocci qui-  
dem faciunt; neq; dignos arbitrantur,  
qui stomachū sibi moueāt, aut de qui-  
bus perdundis cogitēt: tantus est, hac  
tempestate, Satanę furor. Et hæc est rei  
ipsius, vera narratio, quam, & qui rebus  
istorum plurimūm fauēt, veram agno-  
scere cōgūtur. Videmur nihilominus,  
ad malum nostrum, sensu omni priua-  
ti, obdormisse, ad hoc patriæ nostræ mi-  
serabile incendium alendum, ligna cō-  
gerere: tantūm abest, ut aquā ad extin-  
guendum, conferamus.

**XXIX.** Cuius dignitatis, obsecro, aut cuius  
Maiestatis auctoritas, eos continebit,  
qui eō crudelitatis deuenerint, vt cō-  
tra Regē suum, cōtra pacem publicam,  
contra Regni, sub quo viuunt, commo-  
dum arma sumperint? Ius ipsum &  
fas, Regni consuetudines leges, patrię  
caritas, ciuiū amor, Magistratuū reue-  
rentia, ne exiguū quidē, de facie eorū  
ruborē exprimat, q; supremā Regiæ Ma-  
iestatē auctoritatē habuere cōceptui, & q;  
iustitiam,

Iustitiam & honestatem publicā exuentes, barbarum & inhumanum animum induerunt, qui sub reformatio-nis prætextu, & Catholicæ religionis zelo, immortale in Francia bellum fu-scitarunt, ex quo impietas, injuria, vin-dicta, religionis scilicet germina, pul-lulabunt; & potentissimorum regno-rum, atq; florentissimorum imperio-rū miserabilis insequetur ruina, & hor-renda deformatio, & nisi nostri mis-e-reatur Deus, generalis euersio. Quem splendorem inter exsecrandas blasphemias, & sacrilegia bellica, sperare Ec-clesia potest? Quod ius, quam auctori-tatem, quod lumen à Iustitia iniustis flagitosissimorū hominum armis im-pedita, captiua, oppressa exspectare possumus? Quem honorem, quam di-gnitatem, quam obseruantiam Nobili-s sperabit, in corridianis periculis, vi-tæ suæ, liberorum, bonorum, quietis & iuris in suos iacturam pertimescēs? quam opem, quam utilitatem, quod com-modum, laboribus fractus agrico-la, negotiator audax, opulentus ciuis, aut quisquis alius sit huius regni in-co-la, ex publica omniū ruina exspectare

poterit? Præparent se omnes fami, pe-  
sti, incendijs, cædibus, rapinis perfe-  
zendis; omnibus deniq; flagellis, quæ  
exturbis, barbarie, ambitione, & insa-  
tiabili eorum hominū cupiditate pro-  
ueniunt, qui quamdiu, in ipsos Fracos,  
Francorum viribus pugnabūt, nunquā  
arma deponent, nisi crudeli firmiter  
constabilita tyrannide, bello ipso, ijs  
qui supererunt grauiore; aut generali  
fuo & impiorum qui partes eorum se-  
quentur internecione, quæ absq; bo-  
norum virorum, qui nefarijs sese cona-  
tibus opposuerint, ingenti clade, eue-  
nire nullo modo potest.

Nolite vobis, Franci persuadere, tri-  
um aut quatuor tantum mensium hoc  
malum esse. Nam, si Religionem præ-  
tendunt, scitis Reges vestros, ab virgin-  
tiquinque annis, neque virtæ suæ, ne-  
que regno, neq; suis amicorumq; suo-  
rum opibus pepercisse, ut graui huic  
malo mederentur. Sed quid tot cædi-  
bus, tot prælijs sparso sanguine profe-  
timus? Putatis eos qui tot annos vires  
vestras sustinuerūt, imperum nunc ve-  
strum non ferentes, tam citò cessuros?  
Exteros intueamini, qui intentis in  
nos

nos oculis, accelerandæ ruinæ nostræ se præparant, si eð dementiæ venerimus, vt in nosmetipsos, crudeles, fæuiamus? Coniurationis huius auctores, nunc soli, Potentiores certè non sunt, quàm tûm erant, cùm Caroli noni Regis, & huius nunc regnantis auspicijs, cruentum bellum gerebant, ijsdem Hispaniæ, Italiae auxilijs freti, quibus nunc superbiunt.

Principes tûm Regij concilij exercituum ductores, &c, vt dicam quod res est, omnium malorum auctores eos fuisse scitis: in Regis animo opinionem alentes, arma instrumenta esse iræ diuinæ placandæ, & in religione stabiliendæ concordia: donec Maiestas sua optimo concilio, de effectibus ipsis, & vicinorum suorum exemplo, contrarium edocta, sapienter iudicauit, religionis morbum in animis hominū ita radices agere, vt ferre eum (siquidē in fide & Apostolorum symbolo, consentimus) latius sit, quàm Rép. in maximū periculū adducere, morbo mederi volêtes, quē leniorem cottidiana efficiet cōuersatio. Est enim non dubium morborū quorundam cā esse naturā, vt

colla-

204     A P O L O G I A C A T H O L .  
consultius sit dolorem patienter ferre,  
quām periculosis & dubijs remedijs  
morbum irritare, quorū vsus ipso mor-  
bo acerbior, minusq; tolerabilis sit.  
Quo consilio verè Regio, & paterno,  
principe Christiano & pacifico digno,  
homines illi commodi proprij, quā pu-  
blici studiosi, grauiter offensi, nūc quā  
malo animo, quām mala mente fue-  
rint, omnibus produnt, cūm sceleratis  
suis consilijs, religionis diuersitatē, o-  
nera populi, iustitiæ corruptionē, di-  
gnitatū iniquā & indignā distributio-  
nem, speciosos titulos, prætendunt.  
Quamuis ignotum nemini sit, quod vi-  
timū caput attinet, Regis eos in se be-  
neficium animū prædicare potius, quā  
de eo, ingratī, conqueri, cūm summas  
dignitates, ipsi indigni possideat. De  
reliquis, omnium ip̄sīmet malorū au-  
tores sunt: bella enim ciuilia, istorum  
omnium fontē, in hoc regno aluerunt,  
ex quo miscendi & turbandi regnum  
hoc consilium inierunt. Pietatis enim,  
iustitiæ, tranquillitatis matrem esse pa-  
cem certum est. Sed neq; Christianissi-  
mi & pacis amantissimi Regis nostri,  
sanctum & laudabilem animum nega-  
re

re possumus, quo, à finitis bellis & stabilitate pace, pio operi manum admouuit, siue exemplum consideremus, quo nos ad religionem, & pietatem, deuotione sua incitat; siue iustitiae reformationem, & subditorum suorum quoad eius fieri potuit, subleuationem. Quid igitur restat amplius, nisi ut gladios condemnamus, & Deum precibus exoremus, ut pacem nobis suam largiatur, & per eam, in unam nos fidem & religionem Catholicam vniat? Ut uno consensu, Regi nostro fideliter inferuire; & eum in tanto regundi regni onere, cælitus ipsi imposito, obediētia subleuare nostra possimus: Eaq; ratione diuinam Maiestatem, sanctè & quietè, cuique in vocatione sua, & laudibus celebrazione liceat: principe, clementer nos & prudenter, quod haec tenus, Spiritus sancti gratia fecit, gubernante; nobis eum amantibus, colentibus, maiestati suæ obtemperantib. & ex fide, uti subæternæ damnationis poena tenemur, inferuentibus. Sin aliter facimus, eos imitabimur, qui in nauis, urgente tempestate, vicinis hostibus, cum gubernatore litigant; tandem mercenarijs homini-

minibus, ignotis, nauis ignatis, qui pri-  
uata sua vtilitate ceterorum salutem  
metiuntur, commisso gubernaculo,  
nauigare coguntur. Ita & nos viue-  
mus, si adeo impij fuerimus, vt Regem  
nostrum & Sacrum sanguinem Regi-  
um, impij, deseramus: Inimicos, fo-  
ris; domi, non concives solùm nostros,  
sed domesticos quisque suos, affines,  
cognatos, fratres, parentes, vxores,  
liberos pertimescemos: Atque ita cum  
exteris bellum, cum ciuibus seditione  
habebimus; cù domesticis diffidentia  
exercebim⁹; semper dubij, suspicaces,  
miseri, inopes, & melioris vitæ spe de-  
stituti. Boni etem nos, vt auxilio indi-  
gnos, derelinquēt; improbi derelictos  
deuorabūt. Quam obsecro, tali ex vita  
delectatione, quam tranquillitatē, qua  
felicitatem speramus: Sub eorum nem-  
pe auspicijs viuemus, qui, vt Satyri, aut  
Simiae, aut Vrsi, hominum formam, vul-  
tum, gestum, & vocem mentiuntur.  
Lupos certè eos & monstra in hac Re-  
publica nata, educata, nomina merito  
possimus: quæ si vlt̄rā alimus, vere-  
or vt Dei & naturæ nostræ, quam insol-  
lentium istorum & exterorum anima-  
lium

lum societate corrumpimus iure ho-  
stes dicamur.

Sed ut ad hæresim illâ reuertar, Regi  
Nuarreno falsò impositam, quamuis  
suprà disputatæ rationes grauissimæ  
& verissimæ sint, ut nihil ad eas, quod  
momenti sit alicuius, respôderi possit.  
Attamē, ut Catholicus, qualem me es-  
se professus sum, Regem Nuarrae sup-  
pliciter oro, ut suum hoc negotiū dili-  
genter expendat. Etsi enim nihil aliud  
consideraret, quā tot hominū pacē &  
tranquillitatē (cùm & ei per quē scāda  
lum ht Deus maledicat) Annon diuinā  
bonitatē, suāq; ipsius conscientiā, tot  
Patrię miseris calamitatibus, tot Fran-  
corum suorum, quorum conseruationi  
natus est, cædibus p̄textū & velum  
p̄ebens, grauius offendit, quām pa-  
trum suorum, & tot seculorum usu p̄-  
batum errorem (si error est) ample-  
ctens? Iudicer etiam ipsem, Ap̄ non  
Deo, de tot hominum, qui ipsius cau-  
sa mortem oppotent, vita; de tot bla-  
phemis vocibus, quę ea occasione e-  
mittentur, rationem redditurus sit. Vi-  
deat ipse an non satius sit mitem imi-  
tari patrēfamilię, qui remissa quādoq;  
etatis

*Sed tu, Regina  
optime, verbo  
Dei fretus, que  
re primum re-  
gnum Dei, &  
institutam eius:  
& omnia adij  
cientur tibi.*

*Matth. 6.33.*

ætatis seueritate, cum liberis suis infantibus colludit; & mansuetudine ista, amoris sui magnitudinem, metuendam illis reliquit, puerilem eorum insolentiam & temeritatem excusatus: boni etiam illius & prudentis Atheniensis exemplum insequi, qui inimicis suis, amicè obuiam ibat; & eos ipsos, qui consilijs suis maximè se opponere & ea impugnare constituisset, amicè excipiebat.

Liceat mihi, Maiestati tuæ, Rex serenissime, dicere, viros bonos, veros Francos, veros Catholicos, Maiestati tue, & huic regno deuotissimos, humana ratione ductos, miseræ nostræ Franciæ statum, grauiter deplorare, cum videt inimicos tuos in sinu ridere; & fortasse etiam, inter Maiestatis tuæ familiares, conductos proditores alere, qui ne larua eorum tollatur, seriò impediant. Etenim in potestate tua est, per Spiritus sancti gratiam, Ecclesiæ Dei (cui promouendę haec tenus te bellum gesisse arbitraris) propagationem procurare, tibiique animos omnium cōcilia, si pacem in hoc Regno tempestivè constitutas: & orbi Christiano, exemplum;


plum; Regi, qui tibi nobisque imperat, eiusque subditis, quorum in te omnium oculi coniecti sunt, securitatem des integræ vitæ tuæ, & clementiæ & conuersationis amicæ, quam ceteris in actionibus tuis, etiam inimici tui agnoscere videri volunt, expeditior via nulla est. Adde, quod certa hæc est, & politica regula, quicquid alij iudicent, non esse Regū, qui tot diuersos & contrarios sensus regere debeat (quorum etiam tibi Deus, si ita visum ipsi fuerit, inuita Satanæ potentia, & rumpente inuidia, gubernationem saluam conservare potest) nisi in priuato cubiculo, extremitatum alteri omnino adhætere: quoniam iungere eas impossibile futurū sit, hoc maximè seculo, quo, scis, & domesticis exemplis didicisti, esse tibi ceterisque Principibus necessarium, flectere se parumper & populorum ingenijs accommodare, ut in officio facilius contineri possint: & propter subditorum proterviam, pertulantiam & malum animum, ad imperij conseruationem prudentibus opus esse, & reconditis, non vulgaribus artificijs. Sed huic in primis regno, ar-

O

tes illæ, necessariæ sunt, in quo communi-  
nes nostri hostes, à vigintiquinque an-  
nis populum continuis bellis agita-  
tum, quasi efferarunt; & stultos (quo-  
rum, malo nostro, magnus est nume-  
rus) maiestatem Regiam ius & fas con-  
temnere docuerunt, eosque sibi adul-  
tionibus subornarunt, arque eorum si-  
bi animos, sub falso religionis prætex-  
tu, adiunxerunt: quos restitui tibi, cui  
cupiunt: Tui, inquam, honoris sui &  
tranquillitatis gloriæ Dei, pacis publi-  
cæ, & Coronæ Francicæ propagandæ  
studiosi: ne totus Christianus orbis,  
aut saltim qui in medio hoc Regno vi-  
uunt, seditionis homines, ad pulcerri-  
mum Europæ oculum, effodiendum,  
florentissimum certè hactenus & no-  
bilissimum regnum perdendum con-  
spirent, valde pertimescentes. Saltim,  
Serenissime Rex, cùm magni, simulati-  
lliusr Catholici duces, q̄ le animi cau-  
sa, volentes, aduersarios tuos declara-  
runt, veritatem, & innocentium Fran-  
corum tot cedibus, crudeliter sparsum  
sanguinem (quo tamen adhuc, vti ex  
Panicis, quos nobis ostentant, terrori-  
bus, apparet, exsatiati non sunt) pro-  
sym.

symbolo & insigni habeant : Te etiam  
atque etiam supplex oro, ut nobis  
Pelicani loco sis , & magni Alphonsi  
Hispaniae Regis, à quo prædecesso-  
res tui, Reges Nauarræ, originem tra-  
hunc symbolum repetas : Pro lege & gre-  
ge : & factis suis, pacis, clementie fidei,  
Probitatis & Christianæ pietatis, tam  
te studiosum declares; quām se isti vi-  
lentos, crudeles, perfidos & diui-  
næ iusticiæ hostes o-  
stendunt.

O 2



## CAPUT TERTIVM.

## Summarium.

1. Crimen maiestatis grauiſſimum eſſe.  
Quas ob cauſas Regius Princeps, regni ſue  
ceſſione indignus haberit poſſit.  
Criminis maiestatis abuſus.  
Coniuratorum in Reformatos calumnia.
2. Criminis maiestatis explicatio vera.  
Rex maiestatis ſuſpectum nunquam habuit  
Regem Nauarræ.  
Pietatis Regis Nauarræ certiſſimum argu-  
mentum.
3. Familia Nauarrena, ex Francia orta.  
Regis Nauarræ auiae & maternæ & pater-  
næ origo.
4. Capetij & Carolingij, eadem cum Clodo-  
ueo & Merouingij stirpe orti.
5. Capetij & Carolingij eandem originem ha-  
bent.  
Capetiorum ortus, progressus & genea-  
logia.

Tertium



**T**ertium caput, quo seditiosi nostri, in famosis suis libellis, Regem Nauarræ petunt, hoc est: Reum esse eum maiestatis; atque eorum qui in Regē conspirarunt fauorem & defensorem: ideoq; Reipub. hostem, & qui in ea imperet indignum.

Non ita leuis est hæc obiectio, vt nō, I. rectè examinata criminis atrocitas, rationem nostram & iudicium superet. Hoc solo enim peccato, mūdum mors inuasit; & Adam paradiſo pulsus est. Humanis autem legibus, omnes criminis eius rei, cōiecti & iudicati, quibuscunq; successionibus, Imperiorū maximē, regnorum, aliorumq; dominorum, quamvis naturalis ad ea successiōnis iure vocetur, vt ad Regnum nostrum, censemur indigni. Etenim si Regij sanguinis proximus, ingratus, & hoc infectus criminē, nō in Regē solū, Dñm suū, sed in Regnū ipsum & Rép. & Regni ipsius maiestate peccasse con-

Ioan. de Terā. uincatur, ipse eiusq; posteritas omnis,  
 in tract. contra ea successiōe iudicatur indigna, cuius  
 rebell. 1. reg. ei ius, natura & sanguis acquisierat. Ita  
 prim. tract. Parium Franciē sententia iudicatu est  
 conclus. 19. anno, 1457. in vrbe Vindocina, cōtra Io-  
 annem. 2. Alençonij ducē, Carolo 7. Re  
 ge præsente: quāuis postea, Regis Lu-  
 douici 11. restitorijs litteris, à Parlame-  
 ti Curia receptis, approbatis, & in ta-  
 bulas relatis, conuocatis omnibus Ca-  
 meris, & Regio procuratore generali  
 consentiente processus ille omnis pe-  
 nitūs abrogatus, & rescissa ipsa senten-  
 tia sit.

Non possum itaque tām grauem, in  
 Nauarrenum Regem accusationem, si-  
 lentiō præterire; criminis atrocitate  
 commotus, quod in Principem, nefas-  
 riē contorquetur, qui Regum nostrorū  
 & Coronæ huius commodum, vtilita-  
 tem, honorē, dignitatē, vita sua cariorē  
 semper & antiquiorē habuit: merito,  
 vt potè quē proximē res ipsa spectet,  
 cuiusq; magis quam alterius cuiusquā  
 intersit, conseruari quam diutissimē  
 hunc Regni statum, qui iam in eum,  
 tamquam proximum coronæ Regiæ,  
 defixos habet & intentos oculos. A-  
 gno-

gnosco certè ex tam detestando & ca-  
 lumnioso sermone, miserum & cala-  
 mitosum Franciæ statum, in qua 25. ab-  
 hinc annis, sub Regum nostrorum mi-  
 noritate, seditioni illi, discordiarum  
 disseminatores, pro arbitrio & lubitu  
 suo, rebellionis articulos & criminis  
 maiestatis capita, confinxerunt, ut, quē-  
 admodū de Tiberij imperio inquit Ta-  
 citus, *Omnium accusationum complementum*, Tac. 3. Ann.  
*maiestatis crimen esset: factitata olim ab im-*  
 probis Principū consiliarijs, pernicio-  
 fa in sequentes imitatione. *Crimen*, Tac. I. Ann.  
 hoc, imperante Tiberio, ob causas ni-  
 hili solitum intendi legimus: veluti si  
 quis venditis hortis, statuam Augusti  
 simul mancipasseret; aut si suam altius  
 quam Cæsarum, collocasset; aut do-  
 mesticis hanc vſibus applicasset. Cas-  
 sum inter primos ætatis sue, deportan-  
 dū Nero curauit, quod inter imagines Tac. 16. Ann.  
 maiorum, eius etiam Cassij effigiē re- Suet. in Ner.  
 posuisset, à quo fuerat imperfectus Cæ-  
 sar. Caracalla eousq; hoc crimē extēdit,  
 ut qui eo loco, in quo erecta esset Prin-  
 cipis statua, minxisset, accusaret: Tadē  
 eo licētia hēc deuenit, ut in maiestate  
 peccasse iudicaret, q̄ corā Imp. statua,

seruum verberasset; aut vestem mutasset; aut loco eam immundo, & impudico intulisset, veluti latrinæ, aut lupanari. Denique crimen hoc maiestatis, in Imp. secessu, assertorum secreta voluntate decidebatur: vnde apud Iuuenalem.

Sat. 10.

*Nil horum. verbosa ex grandis epistola venit*

*A Capreis: benè habet, nil plus interrogo.*

Idem in misero hoc regno usurpabatur, cum iurati Regiorum Principium hostes, regni negotia sub Francisco secundo Rege administrarent; & postea cum Carolum nonum Regem quasi captiuum, detinerent, & in magna eum & periculosa de subditis suis diffidencia educarent. Vnde, tamquam semine, tot tumultus, tot bella ciuilia, tot cædes horredæ exortæ, quæ, miseri, vidimus; & heu, nimium, ad extremam ferè regni huius incolarum ruinam, passi sumus. Persuadebant incendiarij illi & bellorum faces, Maiestatibus Regijs, partibus Regis Nauarræ addictos, in Reip. statum coniurasse; & obedientiam, diuina lege Regib. debitam recusare. Sæpe itaq; rebelles eos, Maiestatis reos, Reip. hostes declarandos curauerunt.

Præ-

Præterea, vt incurabile hoc malum redderent, cùm ceteris ciuibus, populi indignatione Regis sui affliti, innocētiā, ignotam non esse cognoscerent, seminatis Satanicō concilio, nouis discordijs, inuicem eos commiserunt, vt irreconciliabili odio & perpetua diffidentia ex grauissimis iniurijs hinc inde bellorum ciuilium licentia, illatis nata, coalescere in vnum & reconciliari nunquā possent: atque ita rebus turbatis, eorum sibi animos adiungerent, quos ad perfidiam suam & proditionē promptiores atque accommodatores cernerēt. Eadem ratione populi in Regem amorem imminuebant, imprudentioribus persuadentes, Franciam Regis sui culpa, optatam pacem conse qui nō posse, & hoc prætextu per mācipia sua, varios libellos famosos & impios, in famam & existimationem Principis sparsos, euomuerunt, cui interim, callidi impostores persuadebāt, Reformatæ Religionis homines, omnium illorum auctores esse. Sed nodū nunc omnem, palām factus consiliorū eorum finis, exsoluit, omniumque oculis, veritatem nudam exposuit: cùm

nunc, sub prætextu sese Nauarreno Regi opponendi, ei que vanæ successio-  
nis spei vmboram eripiendi, in Regiam  
maiestatem arma sumere audent; & to-  
rum hoc Regnum, ut eius facilius pos-  
sessionem intradant, turbare: Somnia  
nobis quædam obijcentes, & imagi-  
naria nescio quæ iura, tam perniciose  
quæm falsò excogitata, præferentes.  
Vident enim, viri boni eos nunc non  
propter Iesum ad arma conuolasse, sed  
ad inexplebilem ambitionem suā ex-  
fatiandam: quæ quamuis pessimis cō-  
silijs & exemplis tegatur, erunt tamen  
eius effectus longè deteriores & magis  
detestandi, nisi nostri Deus misereatur  
& populus, atque Regis fideles subditi  
oculos in hoc negotio aperiant, vt hāc  
agnoscant Tragœdiæ catastrophēn,  
quæ iam tot annos, in hoc Regno, ab  
istis agitur, sub Catholicæ Religionis  
vmbra, cui inuoluere impudentiores  
conantur, discidium inter eos, & Regē  
summum eorum D̄ominū, principē  
que sanguinis Francici, Regem impi-  
mis Nauarræ, vtpote Maiestati suæ p̄-  
ximum, & cuius de ruina agitur, per-  
petuum molientes.

Huic

Huic capiti, ut paucis respondeam, <sup>11.</sup>  
 hoc solum ex Modestini Iureconsulti <sup>l. 7. ff. ad leg.</sup>  
<sup>Int. Maiest.</sup> sententia, dicam: hoc crimen, inquit, à iu-  
 dicibus non in occasione, ob principalis maesta-  
 tis <sup>venerationem</sup>, habendum est, sed in veritate.  
 Plinius postquam crimen hoc maesta- <sup>Plin. Panag.</sup>  
 tis singulare & unicum crimē dixit, eorum qui  
 crimine vacarent, his verbis Traianū p̄æ-  
 dicat: huius tu metū, inquit, penitus sustulisti,  
 contentus magnitudine, qua nulli magis carue-  
 runt, quām qui sibi maiestatem vindicabant. I-  
 deoq; & hoc accusationis genus Clau-  
 dij, Pertinacis, Alexandri Seueri, alio-  
 rumque bonorum Principum tempo-  
 ribus sublatum constat, iudicantium  
 cetera iudicia publica ad quaelibet de-  
 licta punienda sufficere.

Sed quicquid sit, Rex Nauarræ ini-  
 micis suis liberius in os respondere po-  
 test, quām accusatoribus suis olim, sub  
 Tiberio Cremutius Cordus. Is enim <sup>Tac. 4. Ann.</sup>  
 accusatus quod C. Cassium Romano-  
 rum ultimum dixisset, in Senatu con-  
 questus legitur, verba sua, cùm facto-  
 rum innocens esset, argui. Hic autem  
 Princeps Dei gratia, neque dicto um-  
 quam, nec facto Regem suum lessit: ne-  
 que calumniatores eius, quantumuis

ad confingendum prompti & impudētes, Regis Nauarreni aut factum aut dictum ullum notare possunt, quo rebellionis aut negatæ obediētiæ arguilla ratione possit. Nam quod religionem eius, turbatores isti adducunt in medium, publicata & vulgata Confessione, Principis editis, alijsque instrūmētis publicis, ab huius Regni Parliamentorum Curijs approbatis, omne sublatum est.

Rebellio certè & perfidia, quæ ei meritò exprobrari possit, hæc est: quod admotum iugulo suo gladium, adigi passus non sit; quod cùm videret se ab inimicis suis modis indignis tractari, modestè se receperit. Quis alias, obsecro, dicere, nisi mentiendo, potest, eum umquam Regi, Domino suo officium suum, fidem, obedientiam, submissiōnem denegasse? multò minus, contra Regem conspirasse? aut aliquid deniq; contra publicam Franciæ utilitatem & tranquillitatē tetasse? Umquam' ne vel nutu saltim, significauit, velle se Maiestatis suæ heredem & successorem declarari? An eum, postquam tristi Alençonij Ducis, Maiestatis suæ fratriis vici

nici morte, Regi proximior esse cœpis-  
set, aut splendidiore habitu, aut nume-  
rosiore comitatu vidistis? Amicos forte  
suos cōuocauit, aut Iurisconsultorum  
sententias exquisiuit, vt sciret, an Re-  
giæ successionis proximus esset? Quis  
probabit vñquam eum opera fœdera-  
torum suorū (quos habere ei, tamquā  
Regi Nauarre & Bearnæ summo prin-  
cipi, iure licet) nisi ad Regis & Regni  
huius vtilitatem vsum esse? Quis tam  
malignus, tam à communi sensu & na-  
tura abhorreñs, vt ei in perfidiæ loco  
ponat, quod conciuium suorum, Reli-  
gionem eandem in qua natus ipse &  
educatus sit, amplectentium, causam  
suscepit, cùm in eadē cum eo nauī  
nauigarent, tempestate eadē agitaren-  
tur, eorundem aduersariorum viribus  
premerentur, qui Regis abutentes au-  
ctoritate, vitæ eorum, perfidè infidia-  
bantur: atque ita aduersos excipiens i-  
etus, & vitani suam & conscientiæ li-  
bertatem tutatus sit? Etenim statim,  
atque Maiestati suæ placuit, pacis eis  
conditiones, arbitrio suo compositas,  
offerre, cum suis omnibus, non solùm  
arma posuit, vribes occupatas restituit;

sed arma etiam ipse & sui in eos verte-  
runt, quorum antea vñ erant auxilio,  
(testis est Portus Gratiæ obsidio) & fœ-  
deribus exterorum, quæ securitati suæ  
fecerat, renunciarunt, Regis se arbitrio  
submittentes : qui acta eorum & pro-  
bavit & grata habuit; vti edictis suis, &  
singularibus in ipsum Regem Nauarre  
beneficijs, quæ habere se de manu & li-  
beralitate Maiestatis suæ, gratus, agno-  
scit, sæpiissimè testatus est. Permisit au-  
tem liberè, publico Regni commodo,  
sæpius commemoratae Religionis se-  
ctatoribus, liberum Religionis exerci-  
tium: quamuis coronaë huius, & Regi-  
orum Principum hostes, suspectas ei  
omnes nō solum Nauarreni Regis, sed  
omnium Borboniorū Principum (qui  
soli nobis de stirpe Regia, reliqui sunt)  
reddere actiones conarentur. Cæterū  
nō dubito quin Rex Nauarre, si in hoc  
incubamus (quod certè debemus) ut  
in legitima Ecclesiæ Dei congregatio-  
ne explicatis rationibus, intelligat de-  
ceptū se hactenus & prava Religionis  
opinione imbutum, facile se Ecclesiæ  
sententię, ex verbo Dei latę, subiectu-  
rus sit, & in viam redditurus. Quid intre-  
rim

rum sinistri ei imputare possumus, qui  
in ea Religione, in qua, constitutionib.  
& edictis Regijs permissa, à matre altis  
& educatus est, constans persistit? & in  
eo, quod fore sibi saluti credit, perma-  
nere omni opere studet? Aequumne vo-  
bis, obsecro Franci, videtur, edita Re-  
gia, improbis hominibus, pro hamo ef-  
fe ad viros bonos inescados, armis per-  
dendos, & fraudibus immanibus atq;  
barbaris, quos nobis præesse Principes  
Deus voluit exterminandos? Errant,  
meo iudicio, & errant grauiter, qui de  
hominum animis sperant se, tollere  
quicquam, vi & armis posse: maximè  
quod Religionem attinet, qua virorū  
bonorum, aut etiam minus depravato-  
rum animis, altius quā aliud quiduis  
hæret. Arbitror itaq;, magnum nos de  
Rege Nauarræ benè sperandi argumē-  
tum habere, si aliquando ad Regnum  
peruenerit. Cùm etenim, etiam hostes  
eius ingratij, vi adacti veritatis, fateri  
cogantur, Principem eum esse sapien-  
tem, benè institutum, prudentem, iu-  
stum, nos constantem, in eo, quod  
rectum esse persuasum à pueris habet,  
videamus, adeò vt, timore Dei tactus,

ne armis quidem & vi maiore demo-  
ueri de sententia possit, quamuis tot in  
se coniuratas gentes videat, & maxi-  
mū, humano iudicio, Regno maximo,  
cuius heres fore presumitur, periculū  
impendere, praeuideat: Certum est &  
minimè dubium argumentum amore  
Dei & pietatem ei, ante omnia esse. Ra-  
tiones igitur ei nostras proponamus,  
& inculcemus, siquidem eum capacē  
illarum iudicamus, ut quod cupimus  
& sperare debemus & possumus, impe-  
tremus ab eo: neque eum interim odio  
prosequamur, lædamus, aut irritemus,  
neque iram Dei sparso, tot fratum no-  
strorum innocentium sanguine, & mi-  
sera deuastata patria, vltro in nos pro-  
uocemus. Nimis hactenus iniqui &  
iniurijs fuimus, cùm Nauarrenum Re-  
gem, rebellem & Maiestatis reum ap-  
pellauimus, quia sicarijs iugulum non  
præbuit, & eorum muros inimicis suis  
opposuit, qui domi quiescentes, solam  
à Rege conscientiarum suarum liberta-  
tem, supplices postulabant, vitæ reli-  
quum, fideles, sub eius imperio, & le-  
gitima obedientia transacturi: quam  
certè nūquam detrectarunt. Et si fecis-  
sent,

sent, ad auxilium certe & protectionem  
Regis Nauarræ non confugissent, ho-  
stem eum potius, quam fautorem habi-  
turi. Sciunt enim, nihil ei umquam an-  
tiquius fuisse, quam ut Maiestatis suæ  
humilis & obediens subditus & esset,  
reuiera, & talem se omnibus declararet.  
Recti eius & fidelis animi testes sumus  
oculati, ut pluribus in eam rem argu-  
mentis opus nō sit. Hoc vñ à Rege Do-  
mino suo petit perijtq; antea, ut pro o-  
bedientissimo & humilissimo eū sub-  
dito & propinquo sua Maiestas habeat.

Considerent igitur omnes Fraci no-  
stri viri boni, Nuarrenum Regem, Re-  
gis Christianissimi, ut & ipsi sint, fidū  
esse subditum, Christianum esse, timen-  
tem Deum, amantem patriæ, ut & ipsi.  
Itaque mouere nos in eum nullo mo-  
do debemus; neque armis eum aggre-  
di, quod quidam incendiariorum isto-  
rum furiis acti, faciunt. Domesticus est,  
filius familiæ est. Non Italus non Hi-  
spanus, qui muros vestros, ædes ve-  
stras oppugnatum veniat. Verus Fran-  
cus est, pacis studiosus est, Regi Domi-  
no suo, quantum potest, obedientiam  
præstat; Leges Regni colit, seditiones

auersatur; improbos oppugnat, bonos protegit: & hoc inter ceteros Francos præcipuum habet, quod primus est Regij sanguinis Princeps; & Regni, si quid Regi nostro, non relicta prole mascula, contigerit humanitus, certus heres.

Quicquid itaque hostes eius opponunt, meræ calumniæ sunt. Iudicet ipse secum Francorum populus, An nō Regem Nauarræ & propter naturalem obligationē, & propter singularia merita, præ ceteris omnibus (Regis Domini nostri Maiestatem excipio) amare & colere teneatur: cum tutores sibi, gubernatores, administratores legitimos & Francorum Reges, Serenissimam & Heroicam Capetiorum familiam elegerit: de cuius masculina linea Rex Nauarræ ortus sit, vt supra est à nobis demonstratum, seu paternam eius, seu maternam vtrinque originem consideres. Auia eius paterna Francisca Alençonnia, filia erat Renati Ducis Alençonnij, eius Caroli qui ultimus decepsit, soror: rectalinea, per mares, à Carolo Valesio descendens, qui Alençonij nomine & titulum primus sumpsit, cum esset Philippi Valesij Francorum Regis frater,

ter, ambo Caroli Valesij; filij quippe fratrerat Philippi Pulcri, & Philippi Audacis, D. Ludonici Regis primogeniti & successoris filius. Iam autem ei mater fuit Marguarita Francica, Francisci primi soror.

Si autem Reges Nauarræ spectas, quorum hic de quo agimus, propter matrem Ioannam Albretiam Henrici Albretij Nauarreni Regis filiam heredem, successionem cepit: Et hi, per filias, quæ Regni Nauarreni successione minimè excluduntur, è familia Francica prodierunt. Nam Henricus Campaniæ & Briæ comes & propter Blancam matrem, Rex Nauarræ, vxorem habuit filiam Arthesiæ comitis Roberti, qui Ludouici octaui Francorū Regis filius & Diui Ludouici frater erat, quo matrimonio nata est Ioanna Nauarreni Regni heres, Philippi Pulcri Francorum Regis vxor: his procreatus est Ludouicus Hutinus regnum Franciæ & Nauarræ heres: obiit hic superstite filia Ioanna, Regina Nauarrensis post patruos suos Philippum Longum, & Carolum Pulcrum: nupsit Philippo Ebaronicensi, Ludouici Ebaronicensis filio, qui ipse

filius erat Philippi Audacis Franciæ Regis, & Philippi Pulcri frater. Filium inter alios habuerunt Carolū Regem Nauarræ , cui vxor fuit filia Ioannis Francorum Regis : filius nominis eiusdem eo matrimonio procreatus est, in cuius gratiam Carolus. s. Rex, terrā de Nemours erexit in Ducatum: obiit hic duabus filijs superstitibus: quarum ei Blanca primogenita succedit, quæ nupta Ioanni de Castella, filiam reliquit Eleonorā, vxorē Gastonis Foxij, qui Nauarreni, regni, aliorumq; amplissimorum bonorū successionē accepit. Ijs ortus Gasto Foxius vxorē duxit Magdalenam Francicā, Ludouici ii. Regis sororē, quorū filius Franciscus Phœbus post Eleonoræ auiæ obitū, Rex Nauarræ; & filia Catharina, quæ fratri Phœbo succedit. Nubisit hæc Ioanni Albretio, Henrici Albretij patri, auo Ioannæ Albretiæ, quæ huius Nauarreni Regis mater, Parisijs nuper obiit. Cōstat hinc, vnde decunq; Sereniss. huius Regis maiores intuearis, natiuū eū esse Francū, Regio Franciæ sanguine procreatū. Aures igitur in posterū fabulosis calunijs occludamus, & ad Deū solū, ardētib. precib. recurramus

recurramus: petētes ab eo, vt si quid sit  
in Rege Nauarreno, aut alio nostrorū  
principū minus rectū, vt sunt homines  
humanis errorib. obnoxij, tangere cor  
eorū velit, & errantes in viā reducere.  
Pacē persequamur, dissensiones fugia-  
mus. Deū, supra omnia, timeamus, Re-  
gē quē nobis Deus ipse dedit, honore-  
mus; & ab eo, Principes Regios ame-  
mus: Malorū & calamitatū, quas ciuiles  
nobis dissensiones pepererūt, memine-  
rimus. Afflictiones nobis & oppressio-  
nes ob oculos ponam⁹, quas iā iā pas-  
suri sumus, si tam impij, tā infideles, tā  
perfidii fuerim⁹, vt alienigenas, veteres  
hui⁹ Regni hostes, nativis nostris Prin-  
cipib. praeferamus, quib. sollēniter co-  
rā Deo fidē dedimus, qui tā clementer  
nobis, per sexcētos annos p̄fuerunt.  
Quæ certè præscriptio dupla est ad eā,  
q̄ Israelitici populi iudex Iephates Am-  
monitis opponebat. Volebant hi post  
trecentos annos, regionē ab Israelitis  
occupatam armis repetere. Quare tanto  
tempore, inquit, nihil super hac repetitione tē-  
testis? Quod & nos opponere illis pos-  
semus, qui Reges nostros, ijs quib. or-  
tos se somniāt, & quorum falsa ineptē

superbiunt origine, usurpasse aliquid, impudentissimè mentiuntur. Sed ad tuendam Regum nostrorum iustissimā possessionem, argumenta nobis valida & firma superfunt, ut illa exceptio-ne opus non sit.

IV. Verè n. Rex & noster Borbonij Principes (qui eandem stirpē, Capetiorū habent) verè inquā, cōfirmare possunt, se reuerà ex Caroli M. agnatione & familia ortos, vt & ipse Carolus M. (ad quem falsò Lotharingorum referunt originē, impostores isti) ex Merouingiorum familia descendebat. Papa Innocentius 3. circa annum 1200. ad Nobiles & Prelatos Franciæ scribens, historiæ veritati testimonium præbet: Philippum Augustum Hugonis Capeti pronepotem, D. Ludouici auū, notum esse omnibus ait à Carolo M. descēdere. Primū itaq; contra huius Papæ decretalē epistolā in crimē falsi subscribere se oportet. Præterea Regino historicus qui ad illa rēpora q̄ proximè accedit, Ado Vennēsis, Otho Frisingēsis, M. Polonus, Sigebertus, Aimoinus, alij, Robertū p̄auum Hugonis Capeti, Othonem p̄truū eius magnū, & Robertū auū Principes

cipes vocat & duces nobili Frácorū fa-  
milia oriúdos: itaq; Odo antequā Rex  
eligeretur Frácię Regū familię arma &  
inſignia gerebat, liliořu népe flores, ſi-  
ne numero, in clypeo azureo, vti ad Ca-  
liſ. tépora permáserūt: tū enim primū  
triū liliořu numerus cōſtitutus eſt. Sed  
hoc certū eſt Odonē Frácię arma gere-  
re non auſum fore, niſi ē familia Regia  
princeps fuifet, q. & iſpsum & hinc ne-  
cessariō cōuincitur, qđ ab ordinib. Frá-  
ciae idē Odo, Caroli Simplicis tutor &  
gubernator nominatus eſt; quę admini-  
ſtratio nemini in hoc regno cōceditur,  
niſi ad quem eiusdem Regni ſuccesſio  
deuenire poſſit: Vt, poſt Caroli Pulcri  
mortem, anno 1327. iudicatum eſt, pro  
Philippo Valeſio qui, Regina grauida,  
ventri & poſtumo qui ſperabatur, tu-  
tor datus eſt. Idem etiam poſt Caroli s.  
& Ludouici ii. obitum, accidit, & no-  
stra ætate idem munus, ab Regni ordi-  
nibus, defuncto Regi Nauarræ, huius  
patri deferri vidimus: propter Caroli  
s. Regis minorem ætatem. Denique  
eundem Odonem, communi Franco-  
rum confensu Regem declaratum le-  
gimus, & inde Robertum fratrem eius,

& postea Rudolphum, hic aut Rudolphus & Hugo Capetus patruelū erat filij. Hugo aut ipse Capet<sup>o</sup>, familię suę quartus nomē & titulū Regiū habuit; primus tamen sine controuersia tranquillè possedit. Itaque cùm ex antiquis historiarum nostrarum monumentis sciamus, quanta maiores nostri animi virtute, alienigenis se, nomen suum familiæ Regiæ inserere voluntibus, opposuerint, verisimile non est tam tum eos fuisse abiecto animo, tam imprudentes & leues, ut nemine cogente, suffragijs liberis, Capetios potissimum ad Regnum eligerent, nisi è familia Regia, successioni Regiæ capiendæ apti fuissent: ad quos confugisse eos semper, pro successionis lege conseruanda, legimus, Religiosissimi nempè legis istius obseruatores, ex qua libertatem suam & Regni dignitatem dependere existimabant. Et vellem certè ostenderent mihi turbatores nostri historicum, qui vnum aliquem fuisse vñquam narreret, qui de Regia Capetiorum origine dubitarit, aut controuersiam ijs moueret, tamquam de prædecessorum Re-

gum

gum sanguine non essent, ideoque ad Regni successionem inepti.

Sed ut dubium omne tollamus, Regem nostrum, Borboniosq; Principes, conuincemus, non à Carolo Magno solùm, sed à Clodoueo etiam & alijs Merouingijs Regibus descendere, è quo, rum familia & ipse Carolus Magnus erat: ut optimè vir doctissimus Matthæus Zampinus docuit, ex veritate historica, non fallis instrumentis & suppositis chartis, quibus in Lotharingiæ genealogijs compilandis Archidiaconus Tulensis Rozerius magno scelere, vñus est, quas Nicolans Vignerius Francicarum imò omnium historiarum via bibliotheca, in libello de Franco- rū origine, verè falsi arguit. Proponamus igitur nobis, ex ipsa historia, Dagobertum, Francorū in Orientali Francia Regé aut Ducem, circa annum 306. duos habuisse filios Clodomirū & Gernebaldum: his recta linea orti sunt Clodoueus primus Rex Christianus, & S. Arnoldus, Antuerpiësis S. Imperij Mar chio, postea Episcopus Merensis, hoc testantur Chronica Chronicorum, au tor illustrationum Galliæ Orientalis,

Robertus Cenalis, Godefridus Viterbiensis, & alij probati autores quāplurimi. Iam S. Arnoldus antequam ad sacerdotium promoueretur, fuerat praefectus praetorio (maiores domus, seu praefectum Palatij dicimus) regis Clotarij 2. circa annum quingentesimum quadragesimum sextum, qui eum Dagoberto i. filio suo, tutorem constituit, ut narrant Otho Frisingensis, Aiminus, Regino, Antoninus, & Vincētius, qui Arnoldum testatur ducatum suum Flandriæ vicinū habuisse, citra Lotharingiam. vxorem eum duxisse Dodam Sigebertus auctor est, quæ deinde Teneris sanctimonialis reddita sit. Superstites eis tres filij fuerunt, Ansegisus, Vualchisus, & Clodulphus: primogenitus, aliâs Anchises dictus, Clodouei secundi praefectus praetorio fuit: vxorem habuit Beggam, Pipini senioris filiam, Grimoaldi sororem, secundum Sigebertum & P. Aemilium. His natus est Pipinus, Caroli Martelli pater, qui ex Childebrandi sorore Aegidium procreauit, Episcopum Rothemagensem, Carlomanum monachum, & Pipinum patrem Caroli Magni. Vualchisus

*lib. 5. cap. 9.**lib. 4. cap. 17.**2. part. hist.**Sub ann. 640.**Vgo Gemblac.**lib. 6. cap. 7.**Sub ann. 649.*

sus filiorum S. Arnoldi secūdus, filium  
 habuit Vuandragisillum: ambo inter  
 sanctos relati sunt, vt Sigebertus re-<sup>Sub ann. 692.</sup>  
 fert, neque posteros vlos reliquerunt.  
 Clodulphus fratrum tertius, alijs Flo-  
 dulphus dictus, patre mortuo Episco-  
 pus fuit Metensis, secundūm Trithe-<sup>lib. Lin. comp.</sup>  
 mium & Sigebertum: Duxerat ante<sup>Sig. ann. 640.</sup>  
 Mariam, Clotarij secundi Regis filiam,  
 vxorem, vt quidam volunt; alij Alma-  
 bertam vocant filiam Carlomanni Du-  
 cis Brabantiae, & ex ea filium suscepit  
 Martinum, praefectum prætorio Thi-<sup>Sigebert. 687.</sup>  
 derici Regis, cū Pipino Ansegisi filio. <sup>suppl. Aim.li.</sup>  
 Paulus Aemilius Martinum hunc, Pi-<sup>4 c. 45. Aemil.</sup>  
 pini Crassi cognatum vocat; Blondus  
 fratrem. Martinus hic filium reliquit  
 Childebrandum; & filia Caroli Martel-<sup>lib. 1.</sup>  
 li vxorem, vt vult Aemilius. Ideo Gre-<sup>Blo. lib. 10.</sup>  
 gorij Turonesis appendix, Gaguinus,  
 auctor illustrationum Gallie, Childe-<sup>dec. 1.</sup>  
 brandū hūc fratre vocat Caroli Martel-<sup>lib. 11. ca. 109.</sup>  
 li, propter affinitatē: Nicolaus Aegidi⁹ <sup>Neust.lib. 3.</sup>  
 auñculū vocat. Richardus Vuassembur<sup>Chron. vol. 1.</sup>  
 gius Lambertū nominat, q̄ filiū habue<sup>lib. 2.</sup>  
 rit Theodoricū, alijs Theodoldū, qui  
 sub Carolo M. floruit, & cùm adolescēs  
 admodū plio Ronceuallis interfuisset

circa

P. Aem. lib. 2. circa annum 780. Saxonie p̄fectorus  
*Supplm. Aimoīn. li. 4. ca.  
82. Vrsperg.  
an. 791.*  
 est, vnde Saxo dictus : & anno 791. ex-  
 ercitus Caroli M. partem contra Hun-  
 nos duxit. Caroli M. cognatum vocat  
 P. Aemilius, & alij : quod nisi à Chil-  
 debrando ortus sit, constare non po-  
 test. Alio loco idem P. Aemilius, hunc  
 Theodoricū refert, quod Regius Prin-  
 ceps esset, Geilonem, Franciæ Cone-  
 stabilem p̄cedere solitum. Thideri-  
 c⁹ Vuitichindi, Saxonis Principis paul  
 io antè baptizati, filiam vxorem duxit:  
 ut ea Regiæ familiæ affinitate, in offi-  
 cio & amicitia erga Francorum impe-  
 rium Vuitichindus contineretur. Quo  
 consilio & Carolus Caluus Godefrido  
 Duci Normannorum, Aegidiā Lotha-  
 rij fratris sui filiam, uxore dedit: & co-  
*Aquitin. lib. 5.*  
 dem, erga Rolonem Nortmannum, cō-  
 filio Carolus simplex usus est.

Sigeb. an. 866. Ex hoc Thiderici cum Vuitichind.  
 Otto lib. 6. c. 3. filia matrimonio , natus est Rober-  
*Regin. lib. 2.  
an. 867.* tus. Ideo Vrspergensis Abbas, Odonis  
 eius, qui primus ē Capetijs Francorum  
 Rex coronatus est, Robertum patrem  
 fuisse, Vuitichindum auunculum ma-  
 ternum ait. Hic Aquitaniæ Marchio,  
 contra Nortmannos constitutus est, à  
 qui-

quibus cum Ranulpho Guyennæ Du-  
ce, interfactus est. Hinc discimus qua-  
re, huius familie Principes Saxones  
dicti sint: nempe aut propter Theodo-  
rici in Saxonia præfecturam, aut Vui-  
tichindi Saxonis affinitatem. Et hoc,  
cām ignorarent impostores nostri, oc-  
cationem Capetios, tamquam alienige-  
nas Saxonia oriundos, calumniandi  
sumpserunt: quāuis reuerā Regij Fran-  
corum sanguinis Principes essent, Co-  
mites & Marchiones Andegauenses,  
in qua prouincia obiisse Theodoricū,  
octuagesimum, aut amplius, annum a-  
gentem Paulus Aemilius & Andega-  
uenses Annales testatur; & deinde Ro-  
bertum filium: quo defuncto, Hugoni  
cuidam Abbatii commissa est comita-  
tus Andegauensis administratio, pro-  
pter minorem ætatem Odonis, Rober-  
ti & Thiderici, Roberti illius filiorum,  
quibus etiam, Hugone mortuo, quem  
Robertii fratrem quidam faciunt resti-  
tutus est.

Thidericus unus è Roberti filijs, Bur-  
gundiæ comes fuit: filium habuit Ri-  
chardum Ducem Burgundiæ; Richar-  
dus, Rodolphum, qui Hugone Magno  
cogna-

Regino lib. 2.

Nic. Vign. in  
chron. Burg.

cognato suo auxiliante, Rex Francorū proclamatus est, deposito Carolo Sim plici, eiusdem Capetiorum familiæ tertius, qui ante Hugonem, Francorum Regis titulum & nomē habuit, vñani mi & consentiente Nobilitatis Francicæ electione. Et hoc idoneum est argumentū, quo certissime cōuincamus, Regij sanguinis Capetios fuisse: qđ Frāci, dominationis externæ infensissimi semper hostes, in hos præcipue defixos habuerint oculos, & ad eos, tamquam natueros Principes suos impellente natura configuerint. Richardus præterea filium habuit Gisilbertum, Bur gūdiæ ducem, cui vñica filia fuit, vxor Othonis, fratris Hugonis Capeti, ad quem, eo matrimonio, Burgundiæ ducatus peruenit.

Gag.lib.5. — Odo, Roberti secūdus filius, Comes Sigeb.an.890. Parisiensis fuit. Caroli Simplicis tutor & Otho Fris.lib. postea Rex Franciæ constitutus, obiit 6.c.18. sine liberis. Robertus tertius filius, Sigeb.Abb. Conestabilis fuit Frāciæ; & fratre mor Vrfp.Vgo Gem blac. tuo Rex Francorum habitus: itaq; ma Supplen. Aim. gnus ei cum Carolo Simplice odium lib. 5. cap. 43. fuit. Obiit anno 922. Hugone Magno filio superstito, Comite Parisiensi, Duce &

& Conestabili Franciæ, vt P. Aemilius refert. Hic vt patris vlcisceretur necē, Rudolphum cognatum suum, Burgundiæ ducem, Rēgem facere conatus est, vt Abbas ait Vrspergēsis: Vxorem duxit Hauidam, Henrici Imp. filiam, Othonis 1. fororem: vnde tres ei filij, Hugo Capetus, qui familiæ suæ primus, Rex Francorum absque controuersia fuit: Otho, qui iure vxoris, Dux Burgundiæ fuit, & Henricus, qui & ipse post Othonem fratrem, Dux fuit Burgundiæ.

Hic est vera Regum nostrorum, ab Hugone Capeto descendentiū, origo, & ex rerū vera narratione petita genealogia. Vnde calumniatorū proditur im postura, qui Capetios alienigenas, Regni in Caroli M. posteritatem usurpatores fingunt: Cuius tñ posteritatis, iam à 580. annis nec volam nec vestigium ap parere supra est à nobis demonstratum. Tantum abest vt eam sibi Lo tharingiæ Principes affingere aut possint aut debeant. Neq; fabulæ illi ascritiæ, de adoptione nescio qua, ab Rōzerio Chronologo illorū & historico, tā falso, q̄ stupido, indocto, iuris ciuilis igna-

*L. fideicōnīsū.  
ff. de cond. &  
demonstr.* ignaro, cōficta, fides vlla haberi debet. Scire enim debuit, imaginariam illam adoptionē, qua Carlungiorum quēdam, eum à quo Lotharingos suos deducit, adoptasse somniat, in Francorū Regno locum habere nullo modo posse: Cūm successionis iure, quādiu Regij sanguinis Principes exstant, defera-  
*l. nec enim. l.  
nam ita. l. si  
pater ff. de  
adopt.* tur. Deficientibus præterea naturalibus Regni successoribus, omnino ne-  
 cessē fuisse adoptionem illam, causa ab Regni ordinibus cognita, celebra-  
 tam solenniter fuisse. Vti demonstrare pluribus possem, si fabulas omnes illas quas nobis obtrudunt impudenter, vt alienigenarum hostiū nostrorum, pre-  
 tensionem aliquo modo stabiliant, re-  
 futare operæ pretium esset. Sed suffi-  
 ciat nunc Capetiorum ob ocu-  
 los genealogiam po-  
 nere.

CAPE

# Capetiorum Genealogia.

Dagobertus.

Clodomirius quo  
ortus est recta li-  
nea.

Genebaldus à  
quo ordine  
descendit.

Clodoucus primus  
Rex Christianus.

Sanctus Ar-  
nolpus.

Ansegisus.

VValchisus.

Clodulphus.

Pepinus.

VVandragis filius.

Martinus.

Carolus Marcellus.

Childebrandus.

Pepinus.

Theodoricus.

Carolus Magnus.

Robertus.

Thidericus.

Odo electus Rex

Robertus Franco-

Francorum.

Rex electus.

Richardus.

Rudolphus Rex Fran-  
corum coronatus.

Gisilber-  
tus.

Filia nupta Othoni Hugonis  
Capeti fratri.

Hugo Magnus.

Hugo Capetus  
Frācorum Rex  
certus.

Otho Dux Bur-  
gundię per uxō-  
rem.

Henicus post  
Othonē Dux  
Burgundię.

Q

Videtis igitur quām illi grauiter aut fallantur, aut fallere nos conētur. Mittamus eos itaq; & inter natiuos Principes nostros, affectib. primūm (qui verū dijudicare non sinunt) liberis, iusta & ciuili ratiocinatione expēdamus, quis alteri præponi iure debeat.

Si loci huius esset rationes & regulas referre, alienigenum, tyrānum, Regni usurpatorem stabiliendi, nemo hominum non horresceret, audiens; quātumuis eorū, quos in Regni huius tranquillitatē, & Regis Regiorumq; Principum dignitatē consiprassē, boni omnes vident, perfidiæ fauens. Monebo saltim omnes, videant & examinent, quo se modo omnes illi gesserint, qui ad hēc usq; tempora, Regnum aliquod, nullo iure, furiosa tantūm regnandi cupiditate duci usurparunt. Tum spero iudicaturos eos, suauem esse, amicam & paternam naturalis Principis gubernationem: Alienigenam dominum difidentem esse, suspicacem, tyrannum, cui non facta solum & dicta, sed gestus & nutus, virtus etiam ciuium & opes suspectae sint: imò ad umbram ipsi suā, male conscijs horrēt. Veteris illius apologi

logi meminerimus: quo Colubas, Palumbum sibi Regem elegisse ferunt, cui amicum eius & suave imperium, tamquam molle & delicatum nimis, fastidiates, Miluum subrogarint, is earum aliquam cōttidiē aut deuorabat, aut rostro & alis lacerabat: quod aegrè miseræ illæ aues ferentes, prioris sui Regis imperium desiderabant, nequiamnam Milui tyrannide pressi, iugum haetenus excutere non potuerunt, hodieq; eandem in eos, Milui successores rapinam exerceant. Accidit etiam aliquando, ut naturalis sui Principis, molestè, corrupti Franci, imperium ferentes, Aegidium quemdam Romanum Regem constituerent, cuius, simulatq; gustum cepissent, & satietas eos cepit, experti quam molestū esset, sub eius imperio viuere, cuius externū ingenium, subditorum naturæ non conueniat: Et benétum cum ipsis actum est, quod verus eorum & genuinus Rex, vires habuerit, ad eos recipiendos satis validas.

Q. \*

## CAPITIS QVARTI


## Summarium.

1. Doctorum auctoritates, quibus patruo fratris filius prefertur.
2. Exempla in eam rem.
3. Argumenta pro fratri filio contra patruum, è iure petita.
4. Ius primogenituræ transmittitur, & per seculum est sola excepta executione.
5. Ius primogenituræ à lege aut consuetudine pendet.
6. Cardinalis Borbonij, in Regis Nauarre, fratris sui filij, nuptiarū gratiam, confessio.
7. Exemplorum pro patruo contra fratris filium, explicatio.
8. Argumentorum pro eodem solutio.
9. Successio familie propria, non nisi deficiente familia cessat.
10. Tutelle & successionis ingenuorum & libertinorum ordo non idem.
11. Regum pueritia ætas, Regni administratio ne non excludit.

Ut accipi debeat, quod vulgo dicitur, Ius personale, non transmitti.

12. Successiones quæ ex iure ciuili, & ex consu-  
etudine veniunt, ius primogenituræ a-  
gnoscentes, dissimiles sunt.
13. Disputationis huius, conclusio.
14. Ad perturbatores tranquillitatis Franciæ  
admonitio pia.
15. Ultimò admonentur & Nobiles & ceteri  
Franci omnes, officijs sui, ut Regi suo, stir-  
piq; Regiæ debitum honorem reddant,  
reiectis alienigenarum omnium scelerat-  
tis & fraudulentis consilijs.

Q. 3





Varta obiectione, Nauarre-  
no Regi, Cardinalem Bor-  
bonium patrum opponunt  
aduersarij, tamquam gradu  
vno propinquorem, & primogeniti  
hodie locum tenentem, defuncto An-  
tonio Borbonio, huius Regis Nauarræ  
patre.

Nobilis est & imprimis agitata que-  
stio: neq; ei decidendæ, quicquam Le-  
gis Salicæ reliquiæ faciunt. Cuius hæc  
nobis verba restant. De terra vero Salica in  
mulierem nulla portio hereditatis transfit, sed hoc  
virilis sexus acquirit: hoc est filij in ipsa hereditate  
succedunt. Sed ubi inter nepotes aut pronepo-  
tes, post longum tempus, de alode terræ contem-  
prio suscitatur, non per stirpes, sed per capita di-  
uidantur. Eius itaque solutio de Docto-  
rum commentarijs petenda est: è qui-  
bus Accursius, Odofredus, Innocetius  
4. Papa, Speculator, Richardus de Ma-  
lumbri, Ioannes Andreas, Albericus  
Rosates, Bartolus, Baldus, Paulus de  
Castro, Angelus, Aretinus, Martinus de  
Landa

*sit. 62. de  
alodis.*

Landa, Iohannes Faber, Petrus de An-  
car, Barbatias, Felinus, Aufrerius, Gui-  
lielmus Benedictus, Cassaneus, Ludo-  
vicus Bologninus, Matthæus de Affli-  
tis, Andreas Siculus, Abbas Panormi-  
tanus, Barthol. Socinus, Iason, Alcia-  
tus, Tiraquellus, Ludouicus Charon-  
das, Chopinus, & alij quā plurimi pro-  
fratris filio contra patruum, qui à fra-  
tris morte primogeniti se locū tenere  
arbitratur, in linea seu directa, seu col-  
laterali pronunciarunt, cùm de succe-  
sionibus individuis quæritur, ut sunt  
Regna, Imperia, Ducatus, Comitatus,  
Marchionatus. Imò post Socinum scri-  
bit Philippus Decius, inter Iuris Ciui-  
lis & Canonici interpretes, eos quā pon-  
dere, numero & mensura præudent, contra  
patruum semper iudicasse. Tot itaque  
doctorum virorum sententia, Cardina-  
lē Borboniū Rex Nauarræ iure vincit.

Secundō ad huius quæstionis deci-  
sionem res iudicatæ producēdæ sunt.  
Baldus in Francia & Anglia semper ita  
obseruatum & iudicatum testatur. Et  
in eam sententiam legem Hispanicam  
Paulus de Castro refert ab Regni ordi-  
nibus sollempni sacramento confirmata.

ri solitam. Et insignia exstant vbiue & memorabilia in hanc rem exempla.

II. Primum petemus ex ipsa Francia, & de familia Borbonia. Ludouici Cras-  
si Regis tempore circa annum 1110, Hâ-  
no Arcembaldum, majoris fratris sui  
filium, puerum expulerat, suum esse  
Dominii prætedens, quod morte fra-  
tris, in ius primogeniti venisset; sed pa-  
trium fratris filio cedere, Francorum  
proceres coegerunt, reseruata ipsi, ut  
qui eiusdem esset familiæ, hereditatis  
portione.

*Polyd. in hist. Angl. P. Aem. in Phil. Ang.* Secundum exemplum sumptum est  
de posteritate Henrici secundi Angliae  
Regis, cui tres filij erant, Richardus,  
Cor-leonis, is patri successerat; Gode-  
fridus qui Britanniæ heredem Consta-  
tiæ vxorem duxerat & patre viuo o-  
bierat, relicta uxore grauida, qua po-  
stea natus est Arturus, Arturum alijs di-  
cunt, Britanniæ dux: & tertius Ioan-  
nes Sine-terra. Paullo post patris mor-  
tem & Richardus sine liberis decepsit.  
Quare Philippus Augustus Francorū  
Rex, qui circa annum 1141. regnabat,  
Normanniæ Ducatum & alia quæ in  
Francia Richardus possidebat, Arrubo  
adiu-

adiudicauit, Godefredi filio. Pacem tam  
men deinde Iohannes cum Philippo  
fecit, nuptijs Ludouici Philippi filij cu  
Blanca, Iоannis sororis, quę Castelle  
Regi nubserat, filia, contractis & terris  
quibusdam à Iohanne Philippo cessis.  
Attūsius, nihilominus ius suum perse  
quens, ab Iоáne patruo tandem inter  
fectus est: vnde Rex Franciæ, qui Artu  
sio semper fauerat, predictas terras, iu  
re confiscandi, causam habuit.

*tit. quib. mod.  
feud. amit.*

Tertia sententia de Flandrię comita P. Aem. in Ca  
tu, circa annum 1311. Caroli Pulcri Fran  
cie Regis tempore lata est: Nam Ludo  
vicus Comes Niuernensis, à Paribus  
Francię Comes Flādrię declaratus est,  
& patruo pr̄latus, post Roberti Comi  
tis obitum, quod primogeniti, qui fu  
perstite patre obierunt, filius esset. Sed  
quia Comitatus possessionem & Co  
mitis titulum ante fidem Maiestati sue  
pr̄estitam, ceperat, Lutetiam vocatus,  
& in Luparam arcem captiuus conie  
ctus, paucis tamen post diebus libera  
tus est.

*Idem in Phil.  
Vales.*

Quarta sententia celebris est, tempo  
re Philippi Valesij, circa ann. 1358, de  
Britannię Ducatu, mortuo sine liberis

Ioanne duce, superstitibus Ioanni, comite Montisforti, eius fratre tertio, & secundi fratribus, Lemouicum comitis Guidonis filia, tum Caroli Blefensis comitis vxore: & anno millesimo trecentesimo quadragesimo quarto Curiae sententia, Carolo Blefensi, ducatus ad iudicatus est, cum valde contumeliasset, ex Britanniæ consuetudine, successionem primogenito deberi, inde secundo, tum tertio: uxorem autem suam secundi filiam, secundi personam sustinere, & representationis iure, eadem esse personam. Quod autem postea familia Montisforti ducatu potuisse, factum est transactione quadam, postea facta, anno millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, Carolo quinto Regge Regnum ineunte.

Quinta in Francisci primi Regnum incidit anno millesimo quingentesimo decimo septimo, de Comitatu de Foix (Foxensem dixeris, aut Flussatem) & alijs eius familiæ terris, inter Odetum Foxium dominum de Lantrecto, & Villemuro & Henricum Albretum Regem Nauarræ, huius Nauarreni Regis annū. Habuerat Gasto Foxius, & Eleonora Nauar-

Nauarrena duos filios, maiorem Gastonem, & Ioannem Vicecomitem Narbonensem. Obiit Gaston, paréte utroq; su- Garibei. in h̄  
perstite, relictis ex Magdalena Franci- sto. Nasca. li. 33  
ca Caroli 7. filia liberis Francisco Phœbo, & Catharina. Ioannes Narbonensis Vicecomes, patruus, qui Ludouici 12.  
sororem uxorem habebat, contra Franciscum fratris filium se in ius primogenituræ Gastonis fratris morte, venisse contendebat. Causa in curia agitata, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo, concilio maturiori reseruata est, & paullo post à Gastone Foxio, Duce de Nemours, Ioannis filio apud Ludouicum 12. auunculum valde gratiose, repetita. Eo aut in Rauennali pugna, sine liberis mortuo, cū vnā mortua hæc cōtrouersia videretur, Odetus Foxius, Dominus Lantrecti, patruelis eius, qui & eius se heredem gerebat, ea contra Catharinam Phœbi tū defuncti sororem, resuscitauit. Tandem anno 1517. Curię sententia, causa cecidit, comitatu & alijs eius familiæ bonis Henrico Albretio, Catharinæ filio, eiusque posteris, è quibus esse Regem Nauarræ dimicimus, adiudicatis.

*Pol. Verg. in  
biſt. Angl.*

In Anglia, post Eduardi, 3. obitum anno millesimo trecentesimo septuagesimo octauo. Richardus Eduardi Principis Galliae filius, Rex coronatus est, & patruis suis prælatus, ducibus Lanclastriæ, Clorestriæ, Clarentiæ & Eboraci. Sed quod depositus est, & subrogatus ei patruelis eius Henricus Iohannis Lanclastriæ Dux filius, post vi-ginti demum annos accidit, idque ob vitam eius improbam, & actiones de-testandas.

*Philip. Dec. concil. 443. 2 part. 3. vol. Ni-  
col. de Vbald. in tract. de suc-  
cess. ab intest. ann. 62.* In Portugallia, Alphonsus quintus Rex, filios duos habuit Ferdinandum, & Henricum: hic cum major esset, ante mortuo autem Alphonso, Iohannes dictus (quæ vulgatæ historiæ Alphoni filium falso dicunt) Regno absq; con-trouerchia potitus est, ab anno 1492. ad annum 1495. quo sine liberis decessit, Emanuele patruele, Ferdinandi filio Regnum excipiente.

*Carib. lib. 22. Osor. li. 1. hist. 1. hist.* Postea etiam Emanuel cum annos regnasset, 22. inter alios, Iohannem 3. qui ei successit, & Henricum Cardinalem filios reliquit: Iohanne 3. natus est eiusdem nominis filius, qui viuo patre obiit,

bis, relicta vxore grauida : peperit ea  
deinde Sebastianum, qui auo Ioanni 3.  
successit, Henrico patruo magno, Ioá-  
nis 3. fratri, prælatus, quamuis pater e-  
ius Rex non fuisset, & hoc idem ei ab  
Henrico opponi potuisset : Neque ad  
Regnum Henricus admissus est, nisi  
mortuo, sine liberis Sebastiano. Et est  
hoc factum ita nostro simile, inquit Ti-  
raquellus, ut apes apibus.

Tiraq. de iur.  
primog. qu. 4.  
num. 5.

In Castella Alphonsus 10. filios duos  
habuit, Ferdinandum primogenitum,  
cui uxor fuit Blanca D. Ludouici filia,  
quibus natus est Ferdinandus & Al-  
phonsus : secundo genitus fuit Sanctius,  
qui primogenitū fratrem suum defun-  
ctum cernens, & filiorum eius in Re-  
gnum ius agnoscens, nō expedita Al-  
phonsi patris morte, viuo eo, sumptis  
armis, declarari se heredē voluit: quod  
grauiter ferens bonus ille senex, diris  
eum deuouit. Et Francorū Rex Philip-  
pus 3. adolescentium Principum auun-  
culus, de prudentium Regni sui virorū  
consilio, exercitum usque ad Hispanię  
limites duxit, ultra processurus, nisi le-  
gati Pontificij verbis deceptus fuisset,  
& Alphonso ius se nepotem conserua-

turum promittenti credidisset. Qui tamen paullo post, immemor fidei, contrarias litteras, aureo sigillo, cui imago eius erat insculpta, confirmatas, ad subditos suos dedit, quibus, adiuncta vi, Sanctum Secundum filium in Regnum induxit, Orphanis illis non ratione aut iure sed armis succumbentibus, ut ipsa

*In istis lib. 23. refert historia. In Sicilia et Regno cum eadem hec controvicia inter Agathoclis iam morti proximi, filium nepote que orta esset, Deo ita permittente, occiso filio, Regnum nepos occupauit.*

*VVistich lib. 2. Sigeb. sub ann. 942.* In Germania sub Henrico primo potesta sub Othonem Magno, referunt historici, concubatos eandem ob causam Imperij ordines, statuisse, duello, quod tum temporis visitatum erat, decidi controvicia oportere. Eos autem qui fratris filij, in patris sui locum succedere volentes, causam defendebant, victores exitisse: ordinum itaque sententia, in se paternum adjudicatum. Sed omnium longe celeber-

*Plutarch. in Lycurgi, sapietiae humanae oraculi, in causa propria sententia: circa lib. 3. 17. Olympiadē, Numæ Pompilij Rom. Regis temporibus Eunomū filios duos habuisse legimus Polydectē & Lycum*

gum: primus, viuo patre, decessit, vxore  
re grauida. mortuo Eunomo patre, Ly-  
curgus in Regnum succedit: paucos  
post menses, in sollemni amicoru con-  
uiuio, prolatum postumum fratriss fi-  
lium, Charilaum nominauit, & sedi  
Regiae, ipse Regno cedens, imposuit.

Cui conuenit, quod de Spartano Se-  
natu, scriptum Pausanias reliquit: an-  
nos quadringentos & amplius post  
Lycurgum, Lacedæmoniorum Regem  
Cleomenem, filios duos procreasse,  
Cleonymum & Acrotatum, quorum  
natu maior Accrotatus, patre supersti-  
ste decesserit, relicta Areo filio. Cumq;  
inter hunc & Cleonymum patru na-  
ta esset de Regno controuersia, Cleony-  
mum, causa cecidisse: indignatum ita-  
que, Pyrrhum Epiri Regem, Acacidæ  
filium, aduocasse, & in Lacedæmonio-  
rum agrum introduxisse: ideoque ho-  
stem Reip. declaratum.

In Italia Robertus 2. quem Salomo- Oldr. ad eone.  
nem Doctores nostri vocant, Siciliæ 224. Sal. in L.  
Rex, Caroli secundi filius, circa annum liberti. C. de o-  
salutis, millesimū trecentesimū deci- per. liber. Ioh.  
mū, cùm inter Thomā primogeniti fi- Andr. in addic.  
lium, & Iacobum secundogenitum de defend.  
ad Spec. in tig.

comitatu S. Seuerini quæreretur, pro primogeniti filio pronunciavit, eique Auenione, multis Doctoribus, alijsq; doctissimis viris stipatus, comitatum adiudicavit.

Otho Abbas Frisingensis, Burgundionum consueruatiūm inter Gallos semper obseruatam refert: successiōnem paternam, primogenito, eiusque liberis adiudicari solitam, quos ceteri, tamquam Dominos suspicere, & honore afficere tenerentur. Meminit etiam

*Dem. &c ipi  
ārvis legēs.* Atheniēsum legis Demosthenes, qua fratum filij, tamquam patri defuncto succrescentes, ad cui successionem veniebant.

Tot iudicia & sententiæ, Cardinali Borbonio, & ijs qui sub eius nomine, ex Regiæ familiæ cuiuis, dignitatis sue incrementa moluntur, rationis loco esse debent: Cūm non sine exacta cause cognitione & matura consideratione latæ & usurpatæ sint. Rationes autem ē iuris Ciuilis & Canonici fontibus, de quibus maximam nos Politiae nostræ partē sumpsumus, haustas, viris doctis examinandas relinquimus.

III. Prima inde est, quod natura, ut inquit Iusti-

Justinianus, pater & filius, eadē persona esse <sup>l.fin. C.de int-</sup>  
 intelligatur: ita ut pater in persona filij, <sup>pub. l. cūm sa-</sup>  
 qui os ex oīsib<sup>o</sup> eius est, & caro de car- <sup>tis. C.de agr. et</sup>  
 ne eius, renatus quodammodo dece- <sup>cens. & ev. de</sup>  
 sisse videatur. Vnde etiam filius familiās appelle- <sup>inut. stipul.</sup>  
 latur, sicut pater familiās, sola nota hac adiecta, <sup>l. in suis. ff. de</sup>  
 per quam distinguitur genitor, ab eo qui genitus <sup>Eccles. c. 30.</sup>  
 sit. Et in Ecclesiastico scriptum est: Mor-  
 tuus est pater eius & quāst non est mortuus, simi-  
 lem enim reliquit sibi post se. Itaque, post mor-  
 tem patris, vt est apud Iure consultum, nō  
 hereditatem percipere videtur, sed magis libe-  
 ram bonorum administrationem consequitur.  
 Ideo & causa patris quālibet, in perso- <sup>l. i. C.de prim.</sup>  
 nā filij transit, quantūvis personalis sit, <sup>dot. l. etiā. ff.</sup>  
 in heredē extraneū non item: & filius <sup>solut. matr. l.</sup>  
 naturali & ciuili iure, in patris locum <sup>afiduis. C. que</sup>  
 subrogatus, priuilegijs omnib. & præ- <sup>potior. in pig.</sup>  
 rogatiuis & iuribus defuncti fruitur.

Confirmatur ciuilis hæc ratio innu- <sup>l. vt intestato.</sup>  
 meris è media Iurisprudentia exēplis. <sup>C. de suis & le-</sup>  
 Primū enim filio, superstite patre, dē- <sup>git. l. postumo-</sup>  
 functo, nepotē in defuncti locum suc- <sup>rum. ff. de in-</sup>  
 cedere notum est; & in auti successione, <sup>inst. rupt.</sup>  
 eodem iure esse, quo esset filius ipse, si  
 in humanis rebus inueniretur. Vt ex  
 Galli Aquilij consilio, & lege Vellea, a-  
 lijsque iuris mysteriorum capitib. in-

R

258      APOLOGIA CATHOLI  
telligere licet. Sed in facto proposito q̄  
de iure patri, tamquam primogenito,  
in prædecessorum suorum successione  
acquisito, agitur, nulla afferri ratio po-

*Paul. de Castr.* test, quare à recepto iure recedere de-  
*conc. 264. in 2.* beamus. Quāuis enim primogeniti de  
*part. Oldrad.* functi filius, suam esse iure suo, & pro-  
*conc. 224.*

pter personam suam, primogeniturae  
probet: nihilominus hoc ita verū est,  
tamquā in subrogato, in locū & perso-  
nam patris. Et quāuis nomen hoc, pri-  
mogeniti, morte patris, sublatū sit, atta-  
men ius, primogeniti nomine succedē-  
di non perijt, quod à primogenitura i-

*L. Lucius. ff. de herad. inst. psa.* separatum, & in filiis personam  
translatum continuatur. Ideo hoc iu-  
re vtimur ut filio ante patrem defun-  
cto, nepos in ius eius succedar, quoniā

*I. t. C. de cond. inser.* etiam conditionem insertam, si sine libe-  
ris decesserit, prudenti consilio testatoris,

*Molin. in con-fuet. Paris. tit. 1. 9. 8. gl. 3.* defecisse manifestum est, si nepos ex fi-  
lio vel filia supersit. Et anno millesimo  
quingētesimo quinquagesimo quinto,  
de Curiæ sententia, Theobaldide Vi-  
tri neptis ex filio primogenito, pa-  
truis suis, propter ius primogeniturae,  
in feudis & nobilibus dominijs The-  
obaldi defuncti, prælata est.

Secundo

Secundò certū est, inter liberos emācipatos, collationem locū non habuīſſe: & tamē filio, qui in patris potestate constitutus erat, defuncto, nepote emācipato superstite, superstitib. etiam fratrib. in potestate patris, nepos collatiōnem q̄ ex persona sua ab patruis in aui successione petere nō poterat, iure petit, tanquā in patris sui p̄mortui locū subrogatus. Atq; ita ius collationis, qđ filius habebat, nepoti, cui ex persona sua cōpetere non pōterat, adiudicatur.

Item legibus nostris, in successione defuncti fratris, frater ex eodem patre & matre progenitus, quibus & mortu⁹ editus est, ceteris vterinis aut consanguineis fratribus præfertur. Ponamus hunc fratre vtrinq; coniunctū, vita funetum, filium reliquisse: hanc dico in patruī defuncti successione, patruis suis superstitibus præferri, vterinis defuncti fratribus aut consanguineis: non iure suo, frater enim defuncti non est, sed iure subrogationis, quod in locum patris succedens, ius etiam paternum accipiat, ita vt nō solū cum patruis vocetur, sed etiā patruos excludat, quod & viuus pater fecisset.

l. 9. C. de coll. l.  
9. ff. eod. l. 1. ff.  
de coniung. cō  
emanc. lib.  
l. si nepotes. ff.  
de collat. bon.  
l. 1. 6. si sit fili⁹  
ff. de coni. cunis  
emanc. liber.

Nouell. 118. c. 3.  
& nou. 127. c.  
1. Auth. ceſſan-  
te. C. de legit.  
hered.

*I. que tota. ff. de rei vend.* Præterea quæ de parte dicuntur, de

*Nou. 118. §. 1.*

*Auth. in suc-  
cessione. C. de  
fus & legit.* toto etiam intelligenda veniunt: sed in paternæ hereditatis diuisione, ne-

*Gen. 11. 12.*

*& 13.*

*Nou. 118. cap.*

*3. si autem.*

*I. doten quam  
dedit. ff. de  
collat. bon.*

*not. in I. fin. C.  
de dot. promis.*

potes ex filio defuncto, tantam de heredi-  
tate morientis partem accipiunt, quantumcunq;  
sint, quam eorum parens, si viueret habuisset:  
quam successionem in stirpes vocavit antiquitas.  
Quod & diuino iure verum est, ut ex  
hereditatis Tharæ, inter Abraham &  
fratris eius filium Lot, diuisione disci-

mus. In collaterali linea, nouella Iu-  
stiniani constitutio ait, fratribus præmortui  
filium, tantam ex hereditate perciperē portio-  
nem, quantam eius parens futurus esset accipe-  
re, si superstes esset. Quare non idem in co-  
to individuo, veluti Regno, Imperio,  
Ducatu & similibus, quæ vnum solum  
Dominum recipiunt, obseruabimus?  
Ita ut nepos in patris locum veniens,  
patrum excludat, quomodo & pater  
fecisset, cum unus tantum in eiusmodi  
successionibus admitti possit?

Scimus præterea, quod pater filio  
præstare tenetur, de eodem in filij de-  
scendentes obligari. Ideoq; auus ne-  
pti, propter filium, dotem dat; & auu  
officio

officio patris erga filium pendet: inquit Celsus: & nepos eadem in causa esse debet, qua filius esset, si viueret.

Alio loco, Zeno & Iustinian⁹ Impp.<sup>l. 7. & 8. C. de secund. nupt.</sup> decreuerunt, si quis prioris matrimonij filiorum mortuus sit, filijs à se vel nepotibus, vel pronepotibus relictis, partem eius non ad fratres, sed ad filios, vel nepotes, vel pronepotes eiusdē mortuæ personæ peruenire.

Item Pomponius de libertino quærens qui promisit operas duobus patronis: altero ex his mortuo, nihil esse ait, quatenus non, filio eius, quamuis superflite altero, operarum detur petitio. Quod stare non potest, nisi eius iuris ratione, quod pater defunctus in libertū habebat. Sed minus longum atq; etiā tædiosum esset, omnes paterni iuris in filios cōtinuationes recensere.

Et vana est eorum, qui aliter sentiunt, solutio, nimirūm quæ à nobis superius relata suat intelligi de causa & iure ipsi patri iam acquiſito, & in eius persona perfecto. Nā & hoc dico, quamuis sola, & fortasse etiam aliquando vana spes sit, licere filio ea, quantū potest vti, eamque persequi. Constat ex

*L. m. C. de his  
qui ante apert.  
tab. gl. in l. is  
cū. ff. dicit. et  
obl. l. s. quis. C.  
de inoff. test.*

eo quod pater hereditatem non adi-  
tam, ad quam nullum adhuc ius ha-  
bet quæsicutum, nec actionem, ad libe-  
ros transmittit: quinimò & conditio-  
nale fideicommissum; querelam inof-  
ficiosi non præpatam, iudicium opera-  
rum non contestatū, & similia, in qui-  
bus vis & ius naturæ consistit, quāuis  
patrum suorū, ipsi filij heredes nō sint.

III. Secunda ratio merè ciuilis est: Di-  
cimus enim primogenituræ ius, patri  
statim atq; esse cœpit, natū & acquisitū  
*Gen. 25. 26. & 27. cap. Io-  
seph. extr. de  
verb. signif.  
c. quam peri-  
tulosum. 7. q. 1.* esse. Moyses vocat primogenitutua, pro-  
nomine possesiuo. Interpretes ita de-  
scribunt, ius prioris etatis, honorificum &  
tile, competens filio, qui primus est in ordine na-  
scendi. Itaque, à natura est; ideoq; trās-  
mittitur. Vnde etiam viuo patre, pri-  
mogenitus Rex dicitur, Dux aut Co-  
mes, pro patris sui conditione: cuius  
spem etiam vendere, donare, cedere,

*Gen. 25.  
Decius concil.  
443. in 2. par-  
te. Abb. cone.  
35. Andr. Sicul.  
conc. 10.*

trāsferre in aliū licet, vti Esau in Iaco-  
bū fratre: maximè si valdè eius interfit.  
*I. emancipatū.  
ff. fin. de se-  
nat l. diu. C.* vt hoc casu, propter naturalē patris in-  
filiū affectū, & cinditū à natura desideri-  
um, filiū loco suo cōstituēdi. Cūq; pri-  
mogenitura dignitas sit excellēs, & in-  
signis, mors paterna, aut quodlibet a-  
liud accidens, filio præiudicare, nō po-  
test:

test: cuius hac in re, nō vt defuncti patris heredis, sed vt filij, cui hoc nomine, paterna omnia iura quæsita & conservata sunt, ratio habetur. Itaq; si accōmodatè loqui voluerimus, non transmisionē dicemus, qua in ius primogenitū paternę filius succedat, sed cōnuationē vocabimus, representationē & naturalē filij subrogationē; separata tñ à iure & cōditione paterna quāuis ab ea productā: Vndē fit vt ex Bartoli, Aretini, Alexandri, & Iasonis doctrina, morte primogeniti patris nō pereat: red. cū vulgo dicamus, merē personale priuilegiū, cū ipsa persona euaneascere: sed si à qualitate quadā & cōditione abi-  
 psa psona separata & distinctā, quāuis in ipsa subsistet, veniat, vti ætatis prærogatiua, trāsmitti & acquiri successo-  
 ribus eius in cuius persona residebat.

Imō hoc casu volūt I.C. nostri ius il-  
 lud maioris ætatis, quoniā acqslitū sit,  
 neq; quicquam ei, præter executionē & plenam possessionē desit, iuri accrē  
 scendi & iuri deliberandi comparati,  
 quæ transmitti ad heredes constat.

Tertia ratio ē, prærogatiua ætatis, cōsti-  
 tutionē esse, aut legalē & cōsuetudina  
 riā iustificationē primogenitorū fauore

ductam, eademque constitutione minorem fratre, primogenito suo, defunto succedere. At legem conuentionibus & contractibus partium praeuale-

*I. non impossi-  
le ff. de  
act.*

re certum est: quibus tamen quod pure nobis aut sub conditione debetur, ad heredes transmitti & successoribus nostris acquiri potest. Ideo etiam quantum ius illud, de quo agimus imperfatum esset, neque plane adhuc primogenito acquisitum, vti est, sed conditionem in se contineret aliquam naturae consentaneam, nihilominus primogeniti filio cum sua conditione acquiretur: cuius lex ipsa non minus rationem habuit, quam qui paciscuntur tam heredibus, quam sibi ipsi cauent. Et haec est differentiae ratio, qua id quod nobis ultima aliqua voluntate, conditionaliter debetur, non nisi impleta conditione

*I. pastum. ff.  
de probat.*

*I. vnic. §. sin  
aut. m. C. de ca  
duc. toll.*

ad heredes nostros pertinere potest. Quia alij quam ei quem nominatim appellavit donare defunctus voluisse non videtur: Contrahentes autem iura sua videntur ad successores suos transmittere velle. Ceterum visitata illa substitutio, qua primogenitis secundi succedit, non nisi primogenito sine liberis defuncto

functo locum habere césenda est: quo-  
modo ex Papiniani sententia dicimus  
patris substitutionē, filio factam intelli-  
gi, si sine liberis hic deceaserit.

l. cū auis ff.  
de cond. & de-  
monst. l. cū a-  
catissimi, C.de  
fideicom.

Quarta ratione dicimus fratris filiū,  
vno gradu patruo remotiorē, in patris  
sui locū subrogatum, præferri: quoniā  
prærogatiua non solum per nos ipsos  
nobis acquiratur, sed per ius etiā & per  
sonam alterius. Ita ut quandiu ex hac  
primogenitura aliquid supereat, nemo  
se in eius locū insinuare possit. Ut præ-  
cedentis tutelæ quamuis exiguae reli-  
quiæ, nouā aliam excludunt: ita & hic  
filius, qui est portio viscerum patris pri-  
mogeniti, excludet secundo genitum.

l. Arist. ff. que-  
res pigr. obl.  
pos. l. qui pri-  
or. ff. qui pot.

l. 1. C. de testā.  
tut. l. si quis  
sub cōditione.  
ff. eod.

Quinta ratio ab exemplo patroni su-  
mitur, qui vni ex liberis, libertum assi-  
gnauit: ei enim liberisque eius liber-  
tus debetur, & illis existantibus, alteri  
locus nō est. Eadem ratione, cum lege,  
consuetudine, constitutionibus publi-  
cis, primogenitus vocatus sit, eiq; ius  
regni assignatū: quādiu ipse, eiusq; li-  
beri, superstites, apti ad successionem  
capiendā fuerint, primogenituræ iure  
delatam, ceteri omnes excluduntur.

Sexta ratio est, quod eadem quæ in

s. i. de natur. feudo vasalli iura seruantur, in Regno  
 succ. feud. c. i. etiam & feudo dominante seruari de-  
 de succes. feud. bent. At indubitati iuris est, in benefi-  
 c. i. de feud. cio quod feudū appellant, solū ex filio  
 March. nepotē succedere, & demum eo defici-  
 b. b. 2. feud. tit. ente vocari patruum. Quamuis impu-  
 n. & tit. 50. et denti audacia contrarium tueri Auctor  
 tit. 26. §. Titi⁹ ille noster, ausus sit; & loca citare, quæ  
     ad litterā, vt dicunt, ipsum impugnāt.  
     Quare autem, non idem de Regno, à  
     quo feuda ista pendent, dicemus?

Ultimò certum est ætatis præroga-  
 ti. ff. si tab. tinam, conditionem esse & qualita-  
 tis null. ext. l. tem, quæ ad vnumquemque liberor-  
 um transeat, à primo ad secundum, ab  
 1. ff. de succes. hoc ad tertium, & sic consequenter: vt  
 fidic. successionis Prætoriæ capita, de liberiis  
     ad agnatos, & de his ad cognatos: At  
     verò certum est successionem quæ sit  
     de gradu in gradum, potiorem esse il-  
     la quæ sit de capite in caput. Itaque  
     post omnes liberorum gradus, vo-  
     cantur agnati, post omnes agnatos,  
     cognati. Eadem ratione, primogeni-  
     ti primum caput est, cuius gradus  
     in descendantib. ab eo considerantur:  
     secundū caput est secūdo geniti, cuius  
     grad⁹ itidē in posteris eius dignoscit.  
     Restat

Restat in hac causa insigne pro Rege VI,  
 Nuarreno argumētū, q̄ respōsum nul-  
 lum admittit: Cardinalē Borboniū pa-  
 triū eius, cū inter dictū Nuarrenū Re-  
 gem & Margaritā Frācicam matrimo-  
 niū contraheretur, matrimonij fauore,  
 omnia & singula iura, nomina, actiōes,  
 præsentes & futuras, quæ familiæ Bor-  
 boniæ nomine cōpetere sibi possent,  
 Regi Nuarrae cessisse, & in eū trāstulīs-  
 se: verū fratris sui, familiæ primogeniti  
 filiū heredē, successorē, q̄ primogeniti  
 personā, vbiq; & per omnia referret no-  
 minatim agnoscēs. Iā velle cōtra renū-  
 ciationē generali illa primogenituræ  
 Regis Nuarrae declaratione, factā, va-  
 nam successionis Regni spē cōfēctari,  
 contra rationē est: quoniā spes fideicō-  
 missi & cōditionis incertū renfitti po-  
 test: maximē cū iuslurandū renūciatio-  
 ni interpositū tale sit, vt obſeruari po-  
 sit, sine salutis æternę dispēdīo. Et Ca-  
 nonicis decretis, interposito iureiurā-  
 do facta renūciatio, reuocari, nullo mo-  
 do potest. Adde quod renūciatio hēc,  
 fecit partē donationis in contractu ma-  
 trimonij, qua inter Regem Nuarrae &  
 Margaritam Francicam facilius nuptię

*l. i. C. de pact.*  
*l. defidei cōmis*  
*so. C. de transj.*

*c. cūm contin-*  
*gat. extr. de ius*  
*reiur. ca. licet.*  
*eod. in 6. cap.*  
*quamuis. de*  
*pact. in 6.*

conuenerunt. Et eius restitutione libe-  
ri eo matrimonio procreati læderetur.  
Quod admitti non debet, maximè cū  
circūuentum se fraude aliqua, aut mi-  
noris ætatis simplicitate deceptū, aut  
vi coactum, probare Cardinalis nō pos-  
sit: aut aliud quid adducere, quo resti-  
tutionem impetreret, cōtra Regem Na-  
uarræ, tum adolescentem, & sub i-  
psius Cardinalis patrui sui auctorita-  
te constitutum.

In contrariam partem pro ipso Car-  
dinali producunt viri docti exēplū Sil-  
uij Latinorū Regis, quem Iulo, Ascanij  
primogeniti fratris sui filio, prælatum  
aīūt. Sed non eadem est, hoc casu, facti  
ratio, quia viuo Aenea patre Ascanius  
non deceperat vita, sed post eius obitū  
38. aut circiter annos regnauerat, & eo  
mortuo successio Siluio, cui, vtpote  
Lauiniæ matris suæ patrimoniū, iure  
debebatur, restituta est. Etenim in con-  
fesso est, Aeneā destruēta Troia, in Ita-  
liā cū Ascanio appulisse, & ita se gessis-  
se, vt Lauiniā Latini Regis filiā vxorē  
duceret, & in Regnū latini succederet,  
ex Lauinia aūt Siluiū p̄creauit. Vi itaq;  
& tyrannicē, absq; iusto titulo, Latinis,

post

Dion. Halic.  
ab. 1.

post Aeneam patrem, imperauit Ascanius : Siluij enim propter Lauiniam matrem, Regnum erat.

Secundò Lacedæmoniorum proferrunt sententiam inter Agesilaum & Leotychidem, Agidis primogeniti fratris filium: qua Regnum patruo adiudicatum est. Vellem & rationem attulissent huius sententiæ, ab Pausania com memoratam. Nempe Leotychidem fuisse ab Agide patre spurium declaratum: & patri consueuisse, similibus in causis, Ephoros fidem adhibere. Ut & ex iudicio illo appetet, olim contra Demaratum Regem lato, qui, ob verba in eam sententiam ab Aristone patre pro lata, Regno pulsus est: in eius, tamquam indigni locum substituto Leotychide patruele.

*Idem in eod. libro.*

Tertium exemplum longè est ineptius: Guntramnum Aureliani Regē, vnum è Clotharij primi filijs, Childeberto, Sigeberti Metensium Regis, fratris sui filio prælatum, in Chereberti Parisiorum Regis successione. Reticet enim vi armata rem gestam: & Chereberti Regnum, viuo etiam Sigisberto, Childeberti patre, inter fratres diuisum:

sum: postea vero Gruntamno praetate  
lente, & Fredegondae fraudibus inter-  
empto Sigisberto, Guntramnum ob-  
tinuisse: penitentia autem paullo post  
ductum, Childebertum fratris filium  
adoptasse, qui tandem omnium bono-  
rum eius successionem cepit.

*Proc. lib. 3.* Quartum est Honorici secundi Gi-  
zerici Vuandalorum Regis filij, qui  
Gondabondo Genzonis fratris mai-  
oris filio praelatus sit. Sed & Gizerici  
ipsius ultimae voluntatis verba erant  
producenda, quibus volebat, ut Proco-  
pius refert, sibi liberorum suorum se-  
niorem succedere: Edoctus fortasse à

*Strab. lib. 19.* Nomadib. illis, inter quos narrat Stra-  
bo, annorum istam prærogatiuam, re-  
ligiosè obseruatam fuisse. Cuius ratio-  
ne iudicatum etiam pro Corbi ætate

*Liu. lib. 28.* maiores legimus, contra Orsuā patru-  
lem eius fratrem, cuius pater princeps  
proxime fuerat, causa certamine singu-  
lari decisa. In Francia ætatis Regis ra-  
tio non habetur, sed ordinis nascendi;  
cuius ordinis prærogatiuam, filius in  
locum patris succedens, continua se-  
rie excipit.

*Paul. Aem. in*

*Vita Car. M.*

*Turpin. ibid.*

Idem etiam in Bernardo, Pipini, Ca-  
roli

Caroli M. primogeniti filio obseruatū est: qui in suscipiendo Imperio, Ludouico Pio, Caroli M. secūdogenito, poshabitus est. Sed ad hoc exēplū facilis est respōsio. Carolus enim pater regna sua i-  
pse inter liberos diuiserat; primogeni-  
to Pipino Italiā dederat, quæ & Bernar-  
do eius filio seruata est: nihil igitur de  
Caroli, qui partem cuique suam assi-  
gnauerat, successione petere amplius  
poterat. Adde quod neque eo tempo-  
re Imperium reuerā successuum erat.  
Quamvis enim postremo Imperatori  
succedere sanguine proximus soleret,  
titulum sibi tamen Imperatoris, nisi  
pop. Rom. voluntate inunctus & publi-  
cè coronatus, sumere non audebat.  
Multò minus, post constitutes Electo-  
res Principes, sub Othonē 3. Imp. è fa-  
milia Saxonica, aut (vt ætatis nostræ Onuphr. de Ca-  
doctissimi viri iudicant) sub Friderico mit. Imp.  
2. successioni obnoxia dignitas Impe-  
ratoria fuit. Sed iniquum est quicquā  
ab Imperio, quod electioni subiacet,  
ad Regnum hereditarium & verè suc-  
cessuum trahere.

Quintum exemplū est de' Arthesien P. Aem. in Phil.  
si, seu Atrebatenſi mauis, comitatu, rē. Pulcr.  
pore

pore Philippi Pulcri Regis controuer-  
so, inter Mathildam Othonis Burgun-  
diæ comitis vxorem Roberti Arthesiæ  
comitis eius, qui in Cortracensi prælio  
cæsus obiit, filiam; & Robertum Ro-  
berti illius, ex Philippo filio, nepotem:  
Rex comitatum Mathildæ adiudica-  
uit, posthabito fratri filio infante Ro-  
berto. Certè aliam huius sententiæ, à  
Philippo Rege, seudi Domino, priua-  
to suo arbitrio latè, causam historiæ  
nullam adferunt: Hoc solum referunt,  
latam à Rege de absoluta voluntate,  
nullo in consilium adhibito: & quod  
tum opera Othonis Mathildæ mariti,  
indigeret; à Roberto autem puerο ni-  
hil, nisi multos post annos, sperare pos-  
set: & eo tempore Duce bellico opus  
esset, qui rebellioni assuetos Flandros  
compesceret. Aetate itaque Roberti  
motus Rex, consultius tum putavit, le-  
gem & cōsuerudinem vulgo obserua-  
tam violare. At Dei benignitate, in cau-  
sa quæ hodiè inter Regem Nauarræ, &  
patruum eius Cardinalem Borboniū  
agitatur, extra illud periculum sumus:  
quini mò ingrauescentem potius, Car-  
inalis senis etatem, & imbecillas vi-  
res,

L. i. ff. de rse-  
cip.

res, qui & ordinis sui ratione, lōgē ab armis vitam egit, vereri debemus: florē autem illum ætatis Nauarreni Regis, in armis & gubernatione ciuili educa-  
ti, securi & alacres amplecti.

Sextum est de Campaniæ comita-  
tu, inter Henricum. 2. Theobaldi comi-  
tis minorem filium, & eiusdem comi-  
tis, primogeniti filiam, Erardi de Bre-  
no vxorem. Sententia Curiæ Parlamé-  
ti Patrum Franciæ, anno 1216. comita-  
rus Henrico patruo adjudicatus est, re-  
pudiata primogeniti filia. Huius nodi  
facilis est solutio: Primogenitus enim  
Theobaldi comitis, in terram sanctam  
proficiens, testamento disposuerat, ut  
si absq; masculis liberis in ea expedi-  
tione, aut aliás decessisset, sibi in Co-  
mitatu frater heres esset, certa pecunię  
summa, filiæ suæ, Erardi de Breno vxo-  
ri, dotis nomine numerata.

Septimum exēplum inter filios Ca-  
toli. 2. Siciliæ Regis, D. Ludouici fra-  
tris filij, qui ex Hungariæ herede, vxo-  
re sua filios duos suscepit, Carolū Mart-  
tellum primogenitum, & Robertū: Pa-  
ter Carolo Martello Hungariæ Regnū  
assignauit, & se viuo coronandū cura-

*God. Ardein.  
de expedit. in  
terrā sanctā.*

uit: Id cùm per aliquod tempus posse-  
disset, decessit superstite Carolo filio,  
cui Carolus auus, Hungariæ donatio-  
nem patri factam confirmauit: Rober-  
to minori filio Regnum Neapolitanum  
dedit. Apparet ex historiæ veritate, di-  
uisiōnem hanc factam à Carolo secun-  
do inter filios suos, quam rescinderet  
non poterant: & certè conquerendi  
neuter iustum habebat causam. Erat cę-  
nim Hungariæ Regnum, Neapolita-  
no, iam tūm ab Arragonio dilacerat-  
o & discepto, ut ex eius temporis  
historijs notum est, longè amplius, o-  
pulentius & potentius. Sed breuius  
interpretes nostri respondent: præpo-  
fitum fuisse Robertum secundum Mat-  
telli fratris sui primogeniti filio, præ-  
cipiti Papæ Clementis quinti iudicio,  
qui in Regnum Neapolitanum, quod  
feudum esse Ecclesiæ volunt, supre-  
mam sibi auctoritatem vindicabat. Ad-  
dunt etiam nō esse Regnum illud pro-  
priè successuum, cùm Beati Petri sedi  
subiectum sit.

Bald. in l. liber  
ti. C. de oper. Li-  
bert. Oldrad.  
conc. 224. Pa-  
mor. conc. 3. in  
3. parte.

Guice. lib. t.  
hist. Ital.

Vltimum exemplum est Ludouici  
Sforciæ, qui Ioannis Galeacij filio in  
Mediolanensi ducatu prælatus sit. Ve-  
rè

rē dixisset, si sua ipsius sententia prælatum dixisset, & vi possessionem inuafisse, & in orphanū illum miserū, sub administratiōis & tutelæ nomine, exsecrenda tyrannide grāssatū esse. Ceterū nihil hoc ad negotiū nostrū. Puer enim ille, vti notum est omnib. patris sui ducatu tūm potiebatur, cūm tyran-nus hic eius auunculus, usurpata domi natione, tā eū nefariè & iniustè interscīēdum curauit, quā iusto postea Dei iudicio, in miserabili captiuitate, ipse conscientia sua miserrimus, perijt.

Cūm exemplis quæ ab istis adduci in medium possunt, abundè satisfecerimus, videamus nunc, an tam validæ eorum rationes sint, vt demouere nos de sententia nostra possint.

Prima est in successionibus omnib. VIII.  
generalem esse definitionem, Vt eius, l. pater filium;  
cuius de successiōe agitur, agnati ff. de inoff. §.  
mi vocētur: & priuilegio qdā ac singu-i. de leg. agn.  
lari cōcessu, admitti fratris defūcti fili-succ.  
os, cū patruo, in bonis ijs dūtaxat, q di-  
uisiōne recipiat. Ideò citat Doctor no-  
ster Iacob. Butr. in arbore successionis in sua pract.  
Regni Franciæ his verbis successit ergo illi tit. de success.  
Carolo, 63 in Regno Frācorū Philipp⁹ fili⁹ alteri⁹ feud. num.

Caroli, qui erat ei quarto gradu: nec successit Robertus pronepos comitis Atrebatenſis quondam, quia ille erat in octauo gradu: nec successit Robertus nepos Caroli Regis Siciliæ & Ierusalem, quia ille erat in septimo gradu: nec successit Ludouicus nepos Beati Ludouici, quia ille erat dicitur Carolo decedenti in quarto gradu. Cum igitur patruus omnimodo gradu proximus maneat, ratio illa singularis Iustiniani in fratris defuncti liberos, quae eos patruis æquat, in individuis habere locum non potest, in quibus vni tantum locus est: quo casu rationi convenientius est natura, id est patruum, natura ipsa propiore, nepoti præferre, qui gradu eodem censeri non potest, nisi fictione illa Iustini populi. in 6. q. nianeç constitutionis, & vocis proximus ff. de iust. & interpretatione impropria & coacta, iur. Ioh. Andr. & Archidiac. eò magis odiosa, quod veteri prædicitis in cap. fin. ex- fraudem facit, qua proximus solus ad tra. de con- successionem admittitur. Exstat simili suet.

Bald. l. omnes rescriptum: Ad te potius, inquit, quæ secundum gradum obtines hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui in tertio gradu constituti sunt. Maximè cum in deferenda hereditate immediatam causam, potius quam I. 3. h. hec verba ff. de vulg. ulteriore admittamus. Secundum id

quod

quod dicitur de eo qui filio impuberi  
sub hac formula substituerat. *Quisquis l. viua. C.de*  
*sibi heres esset. Itaq; non abs re est, inquiunt bon. matern.*  
Theodosius & Valentinianus Impp.  
*vt in hoc casu deteriores esse nepotibus filij non*  
*stantur, qui fratris primogeniti filios &*  
*ætate & gradu superat: potiores itaq;*  
*césari debet: ita ut quod ad nepotē, cel*  
*sante causa primogenituræ, effeā quo*  
*que nullus sit. Quinimò casus lege o-* *l. commodissi-*  
*missus, pro omisso iudicadus est. Aliás, mēff. de lib.*  
*ait Doctor ille noster, in haç specie,* *& postum.*  
Principis quoq; Condei filij quattuor,  
cū Cardinali Borbonio, patruo & Re-  
ge Nauarræ patruele admittendi es-  
sent: eoq; modo in tres portiones Re-  
gnum Franciæ scinderetur.

Huius argumenti prima capita, ve-  
ra essent, si nepotem solū & per se con-  
sideremus; sed eius hoc casu, tāquam *l.fin. C.de im-*  
*continua neq; interrupta serie iuri pa-* *pub. Bald. in l.*  
*terno subrogati, rationē habemus: nō* *Gallus. &* *quid si. ff. de*  
*fictione extraordinaria, aut priuilegio* *lib. & post. l.*  
*aliquo, sed ex vera legis interpretati-* *ut gradatim.*  
*one, & humana affectione vobis natu-* *ff. de muner. et*  
*ra insita, qua pater viuere dicitur filio existē-* *honor. Franc.*  
*te; & filius appellatur, naturalis portio paterni* *Aret. in l. Gal-*  
*corporis: odiosa itaq; non est interpreta* *lus. & institu-*  
*ens. ff. de lib. et*

tio: sed à nostris dicitur, extēsiā natu-  
rali ratione inducta interpretatio, nū-  
quam p̄hibita; imò iure ipso admissa,  
in causis etiā strictè obseruat̄is, & quæ  
ne minimā quidē patiantur alteratio-  
nē. Ideoq; cūm in collaterali successio-  
ne fratr̄is filij nō cōcurrerēt, qđ gradus  
illos p̄ximitatis quām minimē violan-  
dos veteres cēserent: reputās Iustinia-

*Nouell. 118.* nus Imp. subrogationis & cōtinuatio-  
nis in collaterali eandem esse causam,  
q̄ esset in directa linea, & sibi ipsi natu-  
ram semper omnibus partib. sui similē  
esse, iure & secundūm naturā in qui-  
buscunq; successiuis lineis, ius pater-  
nū successione & subrogatione poste-  
rorū cōtinuauit. Quod & feudorū con-  
suetudines, vtisupra docuimus, seculē  
sunt. Itaq; (ne quid omittamus) ex eo  
nec prior ætate, nec gradu p̄ximior pa-  
tronus iudicari poterit: qn & causā suc-  
cessionis in nepote conspicimus, quā

*c. ad audiēti-  
a m. c. cum dile-  
ctus de cler. nō  
resid.* & suus statim effectus sequi debet. Ne-  
que est quod hunc casum omissum pu-  
temus, cūm naturali interpretatiōe, a-  
lius oriatur primo similis; aut vt verius  
dicam, idem ipse cum primo, népe pa-  
trē in p̄sona filij cōsiderantes. Et queri  
de

de eo secundus filius nō debet, nō magis quām is, qui vicino suo realē seruitute cōstituit, quæ ad plures deinde & diuersos heredes peruererit, quorum qlibet ea seruitute vtitur in solidū: siq; grauius seruit fundus, tamen hoc pati cogitur seruiētis fundi dñs, quoniam hæc est rei natura. Ineptissima est Iurisconsulti nostri consequentia: si eodem proximitatis, quo patruus gradu Rex Nauarræ esse velit idem & Principi Condæi filios petere posse. Est em, vel cuiuis manifestum, Regis Nauarræ causam nihil cōmune habere cum certorum, quā homo ille parūm sanus somniat, prætentione: quia Rex Nauar ræ primogeniti sustinet personā & primogeniti loco est: itaq; ea subrogatione, nō patruëles solùm suos, postgeniti filios, sed patruū ipsū Cardinalē, q; illis potior futurus esset, excludet. Atq; ita locus est hīc veteri illi regulē, si vincōbus, ff. de divisione, & fortiori vincā te. Regnū em & uers. & temp. Imperiū familię herciscūdē iudicio nō prescript. subijcitur, neq; Soles duos pati potest.

Restat Iacobi de Per. deductio, cui ix. satisfaciendum est: Carolo Pulcro Re gi Francorum, neque Robertū Siciliæ Regem, neq; Ludouicū Duce, neq; co-

mitem Atrebatensem Robertum successisse: sed Philippū comitem Valesij, patrualem, ideo quod quarto gradu esset, Atrebatensis octauo, Rex Siciliæ septimo. Sed statim suo se ipse gladio, miser, iugulat, cum etiam quarto fuisse gradu Ducem Borbonium faretur. Itaque si isti rationi locus sit, & ad successionem admittri debuit. Non nego Francorum Regni successionem deferri proximiori agnato, sed hoc dico, satis à nobis superque probatum esse Regem Nuarrenū, remotiori gradu quam patruū Cardinalē Borboniū, non esse: Idq; naturali & ciuili ratione suadere. Præterea exéplo ab auctore illo nostro pducto, gradus ppiquitatē nō fuisse iudicij illius, pro Philippo Valesio lati, rationem: sed quia certum fit, Regni successionē, lineæ vni & progeniei semel q̄sita, ei coherere; neq; ad aliā, quam tūuis ppinquā, iure transfire posse. Ratio in próptu est: cum em regnū, quesitum est illorū parenti, hi oēs, superioribus agnatis habentur potiores: ad Feudorum exemplum, in quibus ad solos & ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua defunctus fuit pertinet beneficiū, & hoc est qd dicitur;

dicitur, ad proximiores pertinere: isti  
verò proximiores esse dicuntur respe-  
ctu aliarum linearum, hæc ipsa textus  
Feudorum verba sunt. Et hęc causa est,  
quare neque Siciliæ Rex, neque Atre-  
batensis comes ad Regnum Francorū  
adspirare potuerint, quod D. Ludoui-  
co acquisitū, posteri eius, excluderet  
ceteros illos Roberto Comite Atreba-  
tenſi, & Carolo primo Rege Sicilię, Lu-  
douici oītaui filijs, & D. Ludouici fra-  
tribus, ortos. Neque Borbonij Dux Lu-  
douicus admitti ad Regnum petendū  
poterat, qui Roberti Francici i. D. Lu-  
douici secundo geniti filius esset, cùm  
iam successio in Philippi tertij Audaci-  
cis dicti, D. Ludouici primogeniti, li-  
neam deuenisset: Is enim duos filios à  
se reliquit, Philippum Pulcrum, qui æ-  
tatis pręrogatiua, Regnum obtinuit, &  
Carolum Comitem Valesij, patré Phi-  
lippi Valesij, legitimi Caroli Pulcri, pa-  
truelis sui, Philippi Pulcri filij, successo-  
ris: erant enim ambo Philippo Audaci,  
D. Ludouici primogenito, orti. Idem  
ius post Caroli 8. mortem seruatū: suc-  
cessit enim Ludouicus duodecimus,  
Caroli Ducis Aureliani filius, & huic

Franciscus primus, Caroli filius, Ioannis Engolismensis comitis nepos, omnes Ludouico Aurelianii Duce Caroli s. sapientis filio, procreati: qui, cum ad Regnum peruenisset, hoc etiam ius posteris suis reliquit, ut semper Borboneis Principibus, qui iam tum erant, & Alenconij s, recta linea masculina à Carolo Fráculo, Caroli Valesij secundo filio, & Philippi Valesij Regis fratre ortis, præferrentur,

*L. 1. q. proxim⁹ ff. vide cogn. L. 2. q. ita q. si. ff. deleg. 2. L. Arethusa. ff. 2. C. de iur. emphit.* Secunda eorum ratio est, Lege Regni proximiorem vocari: proximiore autem habendum esse eum, qui delatè hereditatis tempore, & tum cum succeluti si familiæ fideicommissum debeatur, si ad petitionem admittuntur, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore quo testator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati sint. Quo casu prior esse dicitur, quem nemmo præcedit: prius enim & posterius consistit in tempore, & qualitas, ut Doctora. ff. de nox. Etates nostri loquuntur, in coniuncto att. Bald. in l. verbo, debet explicari secundum tempus verbi. Maximè quod eo aliter accipiamus, & ab eo tempore quo primus natus sit, primogenitutam notemus, absurdū inde

inde maximum consequetur: nempè defuncto primogenito, secundū in locum eius nunquā venturum, quia *primus se inclusisset ad alterius exclusionē*: quod hac in quæstione falsissimū est, in qua indubitati iuris est, morte primi, secundum fieri primogenitum: Reuera enim, par est talem esse, aut ex post facto talē fieri. Neq; vlla ratione primogenituræ conditio in primogenito defuncto, & secundo superstite cōparationem admittit. Vnde sequitur, cùm ineptus sit frater defunctus, quia in rerū natura nō sit, idē filium eius obstaculū habiturū, cùm ex persona patris successurus sit. Omnes hæ speciosę rationes, locū haberēt, si primogeniti filius in medio nō esset, neq; cursum remoraretur: namq; per eū & in eo pater primogenitus vivere cēsetur, successionis delatę tēpore: & reuera exstāte nepote, inclusio primogeniti, cōtinet exclusionē secundi, quoniā filius fratris fratri cōquiparat, & ita succedit, atq; pater, si viueret, ait Iustinian. Et hēc constitutio facta in casu vero extēdī ad alterū vero cōquiparatū secundū Pauli Castrēsis opinionem, ad Scæuolę sup cōcilio Galli Aqlij expli-  
Nost. 118. c. 53  
 cationem.  
Ita

*I. sed Julianus.*  
*§. proinde ff.*  
*ad Maced. l. s.*  
*C. eod.*  
*l. in his. §. non*  
*debeo. & l. a-*  
*liud. §. fin. ff.*  
*de reg. iur.*

Ita ut pater non omnino extictus  
sit filio superstite, licet nouus homo sit  
propter nouam animam: nec in totum  
falsum videri, inquit Papinianus, quod  
*Lam pater. 5.  
hereditatem.  
ff. de leg. 1.*  
veritatis primordio adiuuaretur. Ideo-  
que quamuis patruus, primogeniti sui  
iā defuncti ratione, qui in persona sua  
& per se nullo modo considerandus  
venit, dici secundogenitus non possit,  
atramē cūm in fratri sui filium, patris  
sui successorem, paternique corporis  
portionem, intuebitur, subiectum in-  
ueniet, quod primogenituræ suæ com-  
parisonem ad patruum secundogeni-  
tum admitteret.

*Lemanic p. 5.  
ff. de Se-  
mat. l. 2. C. li-  
ber. & eor. li-  
ber.* Neque ad rem facit, quod patrem  
aiunt morte sua ineptum redditum, &  
filium pariter ad succedendum ineptū  
reddidisse. Primū enim regula illa non  
semper obtinet, neque filios, patris ca-  
lamitas semper sequitur. Exemplum  
habem⁹ in eo, qui ante amissam patris  
dignitatem natus sit. Dicamus deniq;  
quod nos Alphenus docet patrem no  
adimere liberis, quæ à genere à ciuita-  
te, & à rerum natura tribuerentur: qua-  
le est ius primogenituræ, quod reuera  
quidem in persona patris, familiæ pri-  
moge-

īmogeniti constat, attamen ei, eiusque posteris, lege, consuetudine & morib. Regni conceditur: ideoque transmitti l. queritur. ff.  
liberis potest. Ceterū admitti aliquo modo posset illorum argumentum, si per filium patri incapaci quippiā querendū fōret: non ē contra, ut illius exemplo discimus, qui exheredatus liberto patris succedere non potest, eius tamen filius emancipatus non verabitur. Et vt verbo dicam, patris incapaci-<sup>Sup. in rat.</sup>  
tas noceret filio postea nato, non item <sup>nepotis.</sup> si antea conceptus fuerit, cui nō obest parentis calamitas. Itaque cum ius primogenituræ patri viuo integrè & perfectè quæsitum sit, in liberos eius continuatur & transfertur.

Tertia ratione, ius aiunt, nondūm quæsitum, in hæredē, quisquis sit trans ferri aut transmitti non posse. Ideō vulgo dici, hereditatem non aditam non transmitti: vti neque ætas, quæ separari à persona non potest, de qua cū quæritur, successoris potius præsentis, quā prædecessoris rationem habemus. Sed ius primogenituræ ab ætate pender, patris defuncti, qui id tamen non acquisiuit, cùm successioni locus nondū

l. vni. 5. pro se cundo. C. de ea duc. toll. l. emā tipata. C. qui admi. ad bon. poſt. l. quoniā. C. deiur. delib. l. ea quæ. C. de temp. in int. restit. L. ſep. C. terf. 5. fin. ff. de adop. 5. mino rem. de adop.

fuerit: sequitur eius primogeniti filii petere illud non posse. Neque ius ei annorum suorum pater acquirere potuit, ob quod filij potius ratio quam patris habenda esset: quomodo Constantinus scribit, si minori minori successisset, ex illius persona tempus connumerari.

Ad hanc obiectionem, responsum facile est: supra enim docuimus, ius primogenituræ primogenito perfectè & plenè quæsitum esse ex quo lucem aspicere, & homo esse incipit. & s. pro secondo, qui contra nos citatur, de eo loquitur quod nondum quæsitum est, ne spe quidé, sed quod sola eius, cuius de bonis agitur, voluntate mutari potest, quæ ad mortem usque mutabilis est.

*Tirag. in trac. primogen. nu. 199.* Hic autē non querimus de vitæ defunmissione, sed de iure & dignitate, quā primogenitura ei contulit, quæ ipsa cū in ipso sit, in posteris eius, uti antea demonstrauimus, continuatur.

*L. Gallus. §. 1.  
ff. de liber. &  
post l. heredes  
mei. & si. ff. ad  
Trebel.*

Quarta obiectione ex vulgari sumitur obseruatione, in communib. priuatorū dispositionib. usitata, vt filios primū suos, inde nepotes, & deinceps ceteros seruato naturæ ordine vocent: quod in Galli

Galli Aquilij consilio manifestum est,  
 & elarius etiam in Papiniani responso,  
 duobus locis docetur: quibus agnoscit *l. cum pater.*  
 inter liberos ordine gradus fideicōmis *pen. ff. deleg.* &  
 si præscriptos, ex ordinata affectiōe de-  
 functi, quæ inter personas sub eadem  
 alternatione comprehensas cadit.

Certè difficilior esset huius argumē-  
 ti solutio, si fratri filium in sua tantūm *Pau. de Castr.*  
 intueri persona & ex causa sua, vellem⁹ *cōf. 164. Oldr.*  
 sed iam dictum est sepius, eum iure suo *conc. 224.*  
 quidē, sed per patrē successiūè, ius pri-  
 mogenituræ cōtinuare, qđ pater eius  
 habuerit; vt eo tāquam primogenitus  
 primum successionis gradum teneat.

Quintūm argumentum inde petunt, x.  
 Quidem in successione gradus, q̄ in tu- *§. 1. deleg.*  
 tela deferēda, seruētur: Constitutū aut̄ *agn. tut.*  
 esse, filio & ex altero filio nepote ad li-  
 bertī paternī tutelam concurrentib, vt *l. 3. §. si duo. ff.*  
 filius solus, non aut̄ ex iam defuncto fi- *de leg. tut. l. li-*  
 lio nepos, tutelam administret. Ideò *libertus. §. pen.*  
 & idem in vtriusq; succedendi iure ser- *ff. de bo. liber.*  
 uandum esse cōcludunt. Sed Doctores *l. vlt. ff. deope.*  
*liber.*  
 illi nostri, in hac, quam nobis obijciūt,  
 specie, non notant, primum fauore ne-  
 potis hoc introductum, ne onere tute-  
 lę grauetur; secundō singularem esse

tutelæ rationem ad pupilli commodū & vtilitatem, vt eorum qui ad successionem vocari possunt, maior nata tutelam solus administret. Præterea, tutelæ munus procurationi aut præferentiæ simile est, quæ ad heredes, cuiuslibet conditionis sint, non transmittuntur. Vnde & hoc, quod alio modo tenetur tutores, alio heredes ipsorum, conveniri solent. Denique cùm in ipsa libertinorum successione ordo ille servetur, iustum erat & eundem in tutela deferenda teneri. Scribit enim Julian<sup>9</sup>, si libertus intestatò deceperit, relictis patroni filio, & ex altero filio duobus nepotibus, nepotes non admitti, quādiu filius esset. Sed in ingenuorum successione, aliud obtinet: ius enim patratus merè personale esse, itaq; non deitur primog.

*Panorm. conf.  
5.2. part.*

*Paul. de Castr.  
& Panorm. in  
conc. sup. all. l.  
1. C. de hered.  
tat.*

*I. si libertus §.  
1. ff. de bon. li-  
bert.*

bet conditionis sint, non transmittuntur. Vnde & hoc, quod alio modo tenetur tutores, alio heredes ipsorum, conveniri solent. Denique cùm in ipsa libertinorum successione ordo ille servetur, iustum erat & eundem in tutela deferenda teneri. Scribit enim Julian<sup>9</sup>, si libertus intestatò deceperit, relictis patroni filio, & ex altero filio duobus nepotibus, nepotes non admitti, quādiu filius esset. Sed in ingenuorum successione, aliud obtinet: ius enim patratus merè personale esse, itaq; non deitur primog.

*Christo. C. t.  
flallion. in d.l.  
si libertus. Ti-  
raqu. in tract.  
deutur. primog.*

*I. si libertus §.  
fin. ff. de bon.  
über.*

transmittitur: at verò in ingenuis, patris in filium naturalis affectio, aut aut in nepotem, hanc in linea recta representationem primùm introduxit, quæ in collaterali postea ex constitutionibus Principum, eadem æquitate locū habere cœpit. Sed & liberti defuncti bona in capita diuidi inter patroni nepotes videmus, contra iuris, in inge- nuorum

huorum successionibus dispositionē:  
quorum nepotes, ad cuius successionē,  
in stirpes, patrum defunctorum ratio-  
ne, vocantur.

Sextum argumētum est: sēpius com  
memorati Cardinalis administrationē  
Regno magis necessariam esse, quē se-  
necta ætate & rerum usu & prudentia  
& ciuili scientia prēstare verisimile sit.  
Sed hæc ab annis petita coniectura, sæ  
pe fallax, iuri alterius derogare nō de-  
bet, maximē cum alter ille, cuius de iu-  
re quæritur, & ipse rationis & iudicij  
particeps sit: qualis est Rex Nauarrei,  
qui trigesimum tertium hodiè ætatis  
annum attigit. Imprimis autem ab hu-  
iis regni successione argumentum il-  
lud exsulat, & à moribus nostris abhor-  
ret. Tantū enim abest ut numero an-  
norum successionis ius æstimemus, ut  
infantes etiam ad Rēgnum admitta-  
mus. D. Ludouicum anno ætatis nono,  
aut decimo consecratum scimus. Et  
Ioannem Ludouici Hutini filium po-  
stumum, quindecim dies natum, cūm  
Rhemos ad consecrationem ducere-  
tur obiisse accepimus: & Carolum octa-  
vum puerum coronatum audiuimus;

T

P. Aemil. in Lut  
douic. 9.

*idem in Huti.*

*hoc regulari-* Carolum autem nonum ipsi vidimus.  
*ter. 78. dist. 4.* Idem in omnibus successioneis Regnis  
*Reg. c. 4.* & 21. & 22. li. 1. religiosè seruatum legimus. In Iudeo-  
*Paralip. c. 33.* rum & Hierosolymorū regno Dauid,  
*c. 34.* Salomon, Azarias, Iosias pueri in Re-  
*Procop. li. 1. de* ges inuncti sunt. Augustulus iunior,  
*bell. Goth.* quamvis infans, Orientis Imperium  
*Proc. ibid. &* accepit, unde ei ut auctor est Procopi-  
*Iornand. de* us, Augustuli nomen. Athalaricus no-  
*reb. Goth.* uem natus, annos, sub Amalasunthæ  
*Proc. lib. 3.* matris administratione, in Gothorum  
*Herod. lib. 4.* regnum successit. Baldarus, cum in cu-  
*Justin. lib. 7.* nis adhuc esset, Rex Longobardorum  
*e. licet. extr.* receptus est. Persarum Rex, Sapor cum  
*de vot.* adhuc in materno vtero latitaret, de-  
*claratus est. Aeropum Macedonū Re-*  
*gem, refert Herodotus, cunis inuolu-*  
*tum in castra contra Illyrios delatum,*  
*tantum militibus suis animum addi-*  
*disse, ut victoriam potiti, regno hostes*  
*pellerent. Agathias deniq; veteris Frá-*  
*corum legis meminit, qua infantes et*  
*tiam ad Regnum vocabantur.*

Septimum argumentum ex Inno-  
centij. 3. Papæ rescripto desumptum  
est, quo Andreæ 2. Hungariae Regis Be-  
læ tertij filio, minatur, nisi votum à pa-  
tre, de adeunda terra sancta factum,  
im-

impleat, ad seruandum eius fratrem, se  
Regnum translaturam: Cui mandato  
Andreas diligenter obedierit, vnde  
Hierosolymitanus posteà dictus sit,  
quod Babiloniæ Sultanum cæcidisset.  
Sed nullus hic primogeniti Andreæ  
fratris filius apparet, qui secundo se  
fratri opponere potuisset. Itaque de-  
cretalis ista, præter rem est: ut & alia  
Clementis quinti Papæ, contra Hen- dem. pastore  
lic. de re iudic.  
ricum Luxemburgium Imp. pro Ro-  
berto secundo Siciliæ Rege, quæ sæpè  
ab illis ad confirmandam sententiam  
suam, ineptè adducitur.

Octauum Doctoris nostri argumen- l. 68 ff. de reg.  
tum petitum est è regula iūris antiqui, iur.  
qua dicimus, *vbi personæ conditio locum fa-*  
*cit beneficio, ea deficiente, illud quoque perire.*  
Sed ætas & primogenitura priuilegi-  
um Antonio Borbonio Regi Nauar-  
reno largiebatur: Idem itaque ius com-  
petere filio eius non potest, cùm con-  
ditionem eandem non habeat. Et si-  
quid lex filio tribuit, ultra non proce-  
dit: quomodo vulgo dicimus, tutorem  
filio datum, nepotibus ordinatum  
non censi.

*l. quod si ne-  
pos ff. de test.  
int.*

Hæc ratio idē, quod superiores con-  
tinet;

tinet: hoc tamē specialiter ad eā respō-  
dendum restat: yeram futuram, si sola  
persona priuilegij causa esset, ut de ex-  
emplis à Iureconsulto nostro adductis  
iudicare licet. Sed iam anteā diximus,  
non tam primogeniti personam, quām  
conditionem in ea existentem consi-

*I. non solum ff. derari, per quam causa ei & ius suc-  
de restit. in in- tegr. l. 9. & si minor. ff. de iu-  
na ipsa non extinguitur, cūm iam cau-  
rī. l. quod si sā eiusq; bonis cohereat. Quomodo  
& non semper. dicimus, eam rationem esse, quare re-  
ff. de minor. l. heredes. C. ad S. C. Vell. l. si bus concessæ, heredibus eorum com-  
liusam. ff. de petant, quia læsionis occasione mino-  
religios. l. tem- pus. ff. de re in-  
dic. l. etiam. ff. leiani S. C. exceptio successoribus quo-  
solut. matr. l. que prodest. Item actionis funeraliæ  
ff. de reg. priuilegium heredi ac ceteris successo-  
jur. l. bonorū. l. ribus non denegatur: & tempus iudi-  
meorum. ff. de verb. signif. l. si catis datum, heredibus proficit. Itaq;  
vero. & dabit. cūm conditio illa primogenituræ, ius  
ff. solut. matr. & causam succedendi defuncto patri  
l. cum pater. & perfectè quæsierit, ipse patet ius illud,  
sordo. ff. de l. niagis. quod in bonis habebat, transmisso ad  
& fundum. ff. filium videbitur: qui etiam ad priuile-  
de reb. cor. l. si gium, personæ patris artius colligatu,  
partem. ff. que admittetur. Namq; iuris dispositio-  
admod. seruit. amitt.*

ne, si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus & iure, hoc bonis connumerabitur. Itaque in hac hypothesi, cum ius & causa apud patrem perfecta & absoluta fuerit, ut nihil praeter exsecutionem deesset, absurdum non erit, si dicamus ad eum ius illud peruenisse dici, ut in lege Iuliā verbum illud *peruenit*, Vopianus accipiendum putat. Quamuis enim ad primogeniti personam numquam deuoluta sit successio, nihilominus, viuum eum iuris & causæ successiuae possessorem lex facit: ita ut & ignorantι & inscio quoq; ius ei illud acquisierit, quod à legis auctoritate manas, transmittitur, & tamquam causæ rei que coherens ad filium trāsfertur, qui pars est & portio viscerū patris, ut supra pluribus docuimus. Vnde consequitur primogenitum ius illud non ex persona sua tantum habuisse, verū idem illud in persona eius resedisse, ab ea tamen diuersum & separatum. Atq; hoc idem est ac si non filio, id est certae personæ lex ipsa detuLiberorum ff. de verbor. lisset, sed liberis id est generi & cognatus primogenito datum fuisset. Et hoc ad textum in contrarium allegatum,

loco responsi esse potest de eo qui filio  
tutorē dederat, ut nepoti dedisse non  
videatur.

xii. Ultima ratio petitur ē textu consue-  
15. fin. de sā-  
pīdat.  
15. placebat. de  
legit. agnat.  
success. Nouell.  
118. & 127.  
tudinis Parisiensis, quæ cūm sit huius  
Regni caput, ad eam, tamquam nor-  
mam, constitui vniuersi regni status de-  
bet. Sed ea representationem in linea  
collaterali expreſſe tollit, pr̄terquām  
inter fratrem & fratribus filium in diuīsi-  
one bonorum fratris & patrui. Ne-  
que oblitus est auctor noster addere,  
idem iure Rom. obtainere ex antiquis  
Impp. cōstitutionibus, ante quas, vete-  
ri lege Decemviralī, nulla erat in colla-  
terali linea repræsentatio.

1.2. ff. de suis et  
leg. her. l. 2. ff.  
de success. ed.  
Vlp. tit. 26. No  
uell. 84. l. fi. C.  
comm. diuid. l.  
ff. eod. & fi. de  
cap. dimin. l.  
ff. de leg. tu.  
l. 2. & 2. ff. de su  
is & legit. tut.  
& si plures de  
leg. agn. succ.

Ad ea, duplicem differentiæ ratio-  
nem afferre possumus: Prima ius ciu-  
ile concernit: nempe nullam indivi-  
duæ hereditatis speciem, quę diuidi  
inter successores non possit, confide-  
rasse; neque primogeniti rationem vi-  
lam habuisse: sed pari gradu, pariter  
agnouisse, & ad successionem dela-  
tam admisiſſe. Vnde sequitur, cum ē  
contra Reipublicę nostrę constitutio,  
mores, & gentium fere omnium insti-  
tuta, duas hasce conditiones in Regni  
acquisi-

acquisitione requirant, ut unus tantum, & ille proximior quidem, sed inter eosdem qui pari gradu sunt, primogenitus proferatur: potuit eadem lex & consuetudo & debuit in ea successione perpetuum representationi locum seruare, quod & fecit, vni supra multis rationibus docuimus. Itaque ab conditionibus hereditatis ciuilis & Romanæ, ad politicam nostram, ab illa prorsus mutatam, argumentum trahe re, cum venia dixerim, absurdum prorsus & ineptum est.

Secunda differentiæ ratio ad caput c. 1.5. preterea  
consuetudinis Parisiensis pertinet: ducatus. de  
Nempe trahi illud ad regni successi- proh. feud.  
onem non debere: quoniam in hac alien. vbi  
proximus regni successor, non tam- Bald.  
quam Regis defuncti heres vocatur: ut  
ideo vulgo usitatè successionum regu-  
læ obtinere debeant: sed eius est regnū  
iure communis legis Regni, qua Regij  
sanguinis proximus, masculini sexus  
succedere debet, non iure postremi re-  
gni possessoris, sed iure nativitatis sue  
quāvis in ijs quæ cōmodū & ytilitatē  
publicā spectat, prædecessoris sui actis  
& conuentionibus obligetur, qua sola legib.

Alexand. conte.  
124. Bald. in l.

digna. C. de

in re, regis defuncti cui successit, in re  
heres dici potest.

Atque hæc sunt eorum qui nostræ  
contrariam sententiam amplectuntur,  
validiora argumenta, quæ illustrati  
pluribus quam auctor ille noster, ne  
quid forte, doctis Iureconsultis (ad quos  
præcipue postremæ huius disputatio-  
nis spectat oratio) dissimulasse aut o-  
misisse videar, quod produci ad impu-  
gnandam veritatem posset: quam mi-  
hi hac nostra disputatione egregie ex-  
plicatam & illustratam reddidisse vi-  
deor. Nemo enim non videt expedi-  
tam esse istarum, parum certè implici-  
tarum, obiectionum, solutionem exi-  
phis iuris prudentiæ fontibus, qua pro-  
pugnare sententiam suam utriusque vi-  
deri volunt. Hoc vnu supereft, vt Fran-  
ci nostri, si quando eò res deuenerit, vt  
feriò agendum sit, eam amplectantur  
& animos è tueantur sententiam, quæ  
Regi Nauarreno, primogeniti filio, fa-  
uens, à natura ipsa & ratione profecta,  
tot clarissimorum & eruditissimorum  
Canonicorum atque ciuilium Docto-  
rum iudicijs approbata, in primis ab  
illustribus illis duobus iuris utriusque  
lumi-

luminaribus, Innocentio quarto Pa-  
pa, Canonicorum principe, & Bartho-  
lo iuris Rom. Coryphaeo defensa est:  
Ut nihil nūc clarus & certius esse pos-  
sit, & qui dubiter, claro meridie lucem  
caligantibus oculis quærere videatur.  
Certè qui hanc hodiè controuersiam  
mouent, homines improbi, hoc agunt,  
vt parte vtraq; miserè consumpta, Do-  
minum nobis & tyrannum alienige-  
nam in hoc regnum introducāt; quod  
si sit (sed tu Deus, propitius, quæsio, a-  
uertas) & regni huius dignitas pessum  
ibit; & ipse ille Tyrannus, Satanæ crea-  
turæ, qui tantum audebit nefas, peribit  
cum perfidis mancipijs suis omnibus,  
miserè,

Itaque, Regni huius turbatores, si,  
non dicam Christiani, sed si homines  
sunt, rationis humanæ & humanitatis  
participes, ponāt sibi, obsecro, ob ocu-  
los, nō Iusticiam illā, infraetæ ciuilis so-  
cietas vindicem, sed solum illud pe-  
riculum, in quod se vltrò & manifestò  
præcipitant; existimationem suam, o-  
pes, dignitates, vitam, animam in cer-  
tum & præsens exitium adducentes.  
Videbunt certè, nisi cæcos simulant;

eos qui coniuratis, quorum hodiè, scel  
lestia consilia bonis vbiue omnibus  
& patefacta & abominanda sunt, eos  
inquam qui optimam illis operam præ  
stiterint, grauiori etiam casu ruitu-  
ros ita ut calamitosi & afflicti magis  
sint, quam toties ab illis ipsis vexati  
& conculcati miseri agricolæ & rusti-  
ci: his enim vita saltim supererit, & be-  
nè conscius animus, & propitius eis  
atq; in eorum vindictam armatus De-  
us : Illi gratiam Dei, vitam & existi-  
mationem amittent, posteris execra-  
biles, quod Regum, Principum & ci-  
vium suorum sanguine manus suas  
polluerint, vt tyrannis, conscientia-  
rum excarnificatoribus, & beneficio-  
rum à Regibus suis & Regijs principi-  
bus acceptorum, ingratè oblitis, veluti  
mancipiæ fœdè inseruirent. Reuocent  
in memoriam Absalonis & eius in Da-  
uidem Regem consiliarij, Achitophe-  
lis, Adoniae, Athaliae & aliorum simili-  
um miserabiles exitus, qui misere om-  
nes & breui cum impijs consilijs suis,  
perierunt.

xv. At vos, Fraci nobiles, producere vi-  
tam vestram vultis ut nefaria illa consi-  
lia

lia, florentissimum liliorum sceptrum  
de Regis vestri & Regionum Principum  
manib. eripiédi, nō videatis solum oti-  
osi, sed adiuueris etiā & acceleretis ar-  
mati? Regis dico, & Principū Regionū,  
quib. opes vestras, dignitates, vitā, non  
ex humanitatis officio, sed ex obliga-  
tione, cōscientijs vestris à Deo impo-  
ta, debetis. Egregiam illam fidei & ob-  
seruantiae in Reges vestros, eiusq; Prin-  
cipes, laudē, quæ vobis, præ ceteris om-  
nibus, omnium gentium consensu da-  
tur, non deserere solum, sed insigni e-  
tiam in omnem memoriam perfidia con-  
taminare vultis. Operam ijs vestrā pre-  
stabilitis, eorumque promouebitis con-  
filia, qui Regnum, conatibus impro-  
bis usurpare student, vobisq; indelebi-  
lem perfidiæ maculam inurere? Non vi-  
detis eos, qui corrūpere vos tentāt, de-  
fendēdis vobis pares non esse, qd' vires  
nullas habeāt, nisi ab inimicis vestris  
concessas, quibus & illi ipsi & nos pre-  
dæ postea futuri sitis? Quid iuris, ob-  
secro, in Regnum habent? aut quare ad  
illud aspirant, cùm Regem nobis De-  
us dederit, de quo (absque affectione  
loquor, neq; enim Maiestati suę notus  
iun;

sum, neque ea mihi priuato ullo beneficio cognita est) iustum conquerendi causam nullus eorum habet? Iam, si cum nobis Deus rapiat, an non legitimus vobis eius successor notus est? Nonne sub legitima & Christiana monarchia viuitis, quæ statutas super ea re leges habet? Vixistis adhuc, ut Regni huius fundamentum euersores dicemini, quibus & per quæ maiores vestri Nobilium sibi nomen, dignitatem & titulum, vobis relictum, quæsiuerunt? Quod de vobis posteritatis erit iudicium, cùm scriptum leget, aut narratum audiet, Francorum Nobilitatem impia in Regem suum arma sumpsisse, ut ei inuito, successorem daret, eumque hoc prætextu, auctoritate sua spoliaret, & debitâ maiestati eius etiam ab eo quæ successorem lex Salica constituit, obseruantiam violaret: Neque huic legitimo successori: proposita iuris sui ratione, incendiariorum huius temporis opera est defutura, qui Regi eum opponere conabuntur, ut Maiestatis suæ splendorem, horrenda nobis eclipsi, tollant.

Principum autem Christianorū, quæ erit

erit de fide vestra opinio, cùm vos, ne-  
glecto Sacramento, contra Regem, &  
sanctas regni leges, regni inimicis so-  
ciatos intelligent? Hoc ne agitis, vt  
inter Regem, & eum quem successo-  
rem nominari vultis (qui fortè super-  
biens, Domini Regis sui censorem a-  
gere voler) diffidentiam & ex diffiden-  
tia inimicitias genereris? Nunquam e-  
nim duos Soles mundus tulit. Quid  
amplius ab alienigenis, ignotis homi-  
nibus, quām ab legitimis vestris prin-  
cipibus, quos præesse vobis Deus vo-  
luit, sperare potestis? An hec vobis  
non sufficit, quod homines nati, quod  
Christiani, quod Franci, & inter Fran-  
cos, nobiles estis? Non cernitis Car-  
dinalem istis Borbonium pro larua es-  
se, qua rebellionem suam & insatiabi-  
lem ambitionē regere & exsequi pos-  
sint? Scilicet naturae & rationi consen-  
taneum est, hominem sexagenarium,  
caducum, decrepitum, Regi inueni, sa-  
no, valido, in exercitationibus suis &  
viectu moderato, successorem nomina-  
re? Idque contra ius & fas, contra le-  
ges, non huius tantum regni sed om-  
nium, quæ fuerunt ymquam, benè cō-  
stitu-

constitutorum imperiorum , quibus,  
in infinitis vobis & firmis supra demon-  
strati rationibus , proprium hoc Regi  
Nauarreno ius esse. Vultis vobis , cum  
Cicerone de Cæfare & Pompeio lo-  
quente, uno verbo dicam quod res est?  
Statuā vobis Cardinalis Borbonij offe-  
runt, suam erigere volunt : armant se  
bono illo sene ; & fibi ipsi regnū qua-  
runt: diligere eum supra omnes vide-  
ri volunt, & præ illo reuerā seipso a-  
mant: idque cum ingenti famæ vestre,  
vitæ & existimationis periculo , nisi  
tempestiuē vobis caueatis. Sed Deum  
permisurum spero, ut post tot cædes,  
incendia, rapinas, & ipsi miserè meritò  
pereant. Ceterum ut tot nobis ex ciui-  
libus bellis, quorum iaciuntur semina,  
impendentia effugiamus mala, ad De-  
um supplices confugiamus : & ab eo  
petamus ut corda nostra, secundum vō-  
luntatem suam vanimiter regat; ut Re-  
gem primū nostrū, uti debemus, am-  
pleteamur, & agnoscamus, cui, post De-  
um, nosmetipos, omniaque debemus  
nostra, & qui nobis post Deum, omni-  
um loco esse debet. Deinde ex officio  
esse nostro intelligamus, cum obserua-

te, quem ad fastigium Regium suscipi-  
endum, & nobis imperandum (si Rex  
noster, quod abominor, absque prole  
mascula, vita defungatur) nasci Deus  
volut: Et cum eo quem sibi in matris  
utero delegit, cuiq; nobis ad salutem,  
benedixit, uno ore atque affectu, voce  
sublata dicamus: Pax, pax super nos; glo-  
ria in aliissimis Dico & in terra pax homi-  
nibus bone voluntatis.

Fiat, fiat.

Feliciter.

Psal. 36, 14.

Gladium euaginauerunt peccatores;  
intenderunt arcum suum: ut deiciat pau-  
perem & impem; ut trucident rectos cor-  
de. Gladius eorum, intret in corda ipso-  
rum; & arcus eorum confringantur.

RERVM IN HAC APOLO-  
gia Memorabilium

I N D E X.

- A  
driana de Tota-villa am-  
plissimæ & opulètissi  
mæ familiæ heres. 39  
aduersarij hodierni exterorū  
introducere & promoue  
re contra Regis dignita-  
tem volunt. 71  
aduersarij Regem Nauarren-  
s non posse succedere di-  
cunt, quia non potest co-  
ronari & consecrari mo-  
re solito. 92  
aduersarij quid facturi sint  
vbi Regem Francorum,  
& Nauarrenū vita exue-  
rint. 199. & 200  
Aegidius quidam Romanus  
Francorum Rex electus. 243  
affectibus Regis aduersarij  
vix afferre volunt. 189  
agnatus proximus in Regno  
Francorū succedit etiā  
nullo gradu sit, ex  
perpetua Regni consue-  
tudine. 20  
agnes Burgūda Caroli Bor-  
bonij vxor. 29  
albertus à Godofredo Go-  
thelonis filio interfe-  
ctus. 9  
alborum & Nigrorum fa-  
ctiones in Italia, à quo  
excitatæ. 166  
alexander 3. Papa, Frideri-  
ci expressam effigiem ad  
Aegypti Soldanum, con-  
tra quem ille bellum ge-  
rebat, misit. 164. Im-  
perij proditor, & Chri-  
stianæ fidei hostis decla-  
ratus est. 165  
alexander 3. Fridericū Bar-  
barosam Imp. pedibus  
calcauit. 124  
alexandri Seueri dictum de  
periurio. 135  
alphonſi Hispaniæ Regis  
symbolum. 212  
anastasius

INDEX.

- Anastasius Imp. antequā  
coronatetur sicut Eu-  
ticianus. 96, & 61
- Andegauensis familie o-  
rigo regia est. 7
- Anna Borbonia Duciſ  
Bauariæ vxor. 34
- Anna Britānica Imp. Ma-  
ximiliano nupta. 54
- Anna Delphina, nupta  
Ludouico Borbonio.  
29:
- annales veterum & exē-  
pla de subditis erga  
Dominos excōmuni-  
catos. 150, & 151, 152  
153, 154, 155, 156
- Antigonus quomodo fi-  
lio persuaserit ut Phil-  
lam anum duceret. 52
- Antipapæ tres Rome de-  
positi. 163
- Antonia Borbonia nu-  
pta Claudio, auo Du-  
cum Mainæ & Gui-  
ſe. 11, & 12
- Antonius Borbonius re-  
ctè Ioānam Albretiā  
ducit. 53, Caroli 9. 116
- tor constitutus. 232
- Antonius Ferrādi filius.  
Caroli Isabellæ patris  
frater. 7
- Apollinis oraculum ad  
Træzenios quomodo  
intelligatur. 52
- apologus de colubis. 243
- Apostolicorum nouus or-  
do. 177
- Apostoli cur nihil vñquā  
possidere voluerūt 80
- appellatio tamquam de  
abusu, que. 84
- Archiepiscopus Rhemē-  
sis consecrat Reges  
Galliae. 55
- Arriani, Imp. multi fu-  
erunt. 69
- auctoritas Ecclesiastica  
merè spiritualis est. 158
- Augustini responsum de  
imperatoribus hereti-  
cis. 140
- aulæ præfectura antea  
Momoranciorum c-  
rat. 12
- Author huius libri Ca-  
tholicus. 102

## INDEX.

## B

## C

- Baldus de successione hu-  
ius Regni scripsit. 19  
bearnenses nunquam pe-  
tierunt Religionē Ca-  
tholicam. 110
- beatrix, Archēbaldi Bor-  
bonij filia et heres nu-  
p sit Robert. D. Ludo-  
uici minori filio. 27
- bella ciuilia vnde orta  
204
- benedictus 8. Pontifex  
Robertū Hugonis Ca-  
peti filium legitimū  
Franciae regem decla-  
ravit. 6
- blanca Castellæ Regis v-  
xor. 28
- boleslaus, Rex Poloniæ  
scipsum interfecit. 155
- borbonia familia, Regni  
heres. 20
- borbonij dominium au-  
ctū ducatus titulo. 28
- bulla Bonifacij 8. in Phi-  
lippum Pulcrum Re-  
gem Francorum. 152
- bullionij nomē vnde. 10
- canonicorum decissio-  
nes de matrimōio. 48
- capetiorū familiae prin-  
cipes cur Saxones di-  
cti sint. 237
- capita quatuor que Re-  
gi Nauarreno obiecta  
untur. 45
- Cardinalis Borbonius  
Archiepiscopus Ro-  
thomagensis. 39. Po-  
tificis in Francia legat-  
tus. 189. illū tamquā  
clypeū cause sui ad-  
uersarij prætendunt.  
19. eo abutuntur tan-  
quam sceleris sui pro-  
pugnaculo. 18 ciuias  
tati illudunt. 72 Nā-  
uarreno Regi ante-  
ponitur. 276 omnia  
Nauarrēo cessit. 267
- in Carolo defecit prima  
Borboniæ domus ma-  
sculina linea. 33
- carolus Magnus primus  
in Occidente conse-  
cratus. 97
- Cassini

INDEX.

- Cassimirum ducem, con-  
iuratores in suas par-  
tes pertrahere volue-  
runt. 76
- catharina Medicea Re-  
gis hodierni mater o-  
riunda ex Ioanne de  
Turre comite Bolo-  
niæ. 37
- tausa vera cur Carolus  
Borbonius sc à Regis  
sui obedientia subtra-  
xerit. 32
- christianus nullius est ho-  
stis. 142
- christus Ecclesiæ funda-  
mentum. 64
- christus Regibus terræ  
se subiecit. 130
- thrysanthus, duos tantum  
panes ad diurnum vi-  
clum sibi desumebat.  
81
- Elaudia Caroli Borbonij  
foror, Antonio Lo-  
tharingiæ duci nu-  
psit. 33
- claves Regni coelorum q  
nam vere sint. 137
- collatio religionis papî-  
sticæ cum reformatâ,  
quam vocant. 181
- clodoueus primus Rex  
Christianus. 233
- comitatus Montpenserijs  
auctus ducatus titulo.  
33.
- consilium Basiliense. 13
- concilium Tridentinum  
64. quid vetet et co-  
stituat. 177. 178 179
- nullitatis arguitur.  
184 cur non legiti-  
mum. 167 à quibus  
obseruetur. 169 fa-  
ctum est in præjudi-  
cium Regis Frac. 172
- coniurationis huius au-  
ctores, Catholice Re-  
ligionis zelo non du-  
cuntur. 72. 77
- coniuratores, reforma-  
tos partibus suis ad-  
iungere tentarunt. 75
- constantinus, Magni Cō-  
stantini filius, Arria-  
nus fuit. 61
- constantinus Magnus 2

## INDEX.

- custos & distributor tur. 192  
 bonorum Ecclesiæ D  
 fuit. 82 Dagobertus Rex Frans  
 Constantius tertius & corū excommunicatus,  
 quintus, cum Imperiū à suis tamen reiectus  
 sumerent, hæretici e- non est. 151  
 rant. 104  
 Cōstitutiones Ecclesiæ de Davidis Rabule ad Pon  
 posteritate Regū 106 tificem & Romanam  
 Controuersia nunquam curiam profectionis  
     mota est de Regia Ca cause. 194  
     petiorū origine. 232 decreta Concilij Triden-  
     coronatur & cōsecratur tini examinata. 172  
     Rex, quia Rex est, nō Demetrius, ex persuasi-  
     quia coronatus sit, one Antigoni patris,  
     Rex est. 93 Phillam anum in uxo  
     Coronatio nihil aliud est rem duxit. 52  
     quā honoris declara Deodoricus Euerardi fi-  
     tio & publicatio. 92 lius Mosellana ab Im-  
     creatio & coronatio Im peratore accepit. 9  
     peratorū & Regum Deus interdū ad populu  
     Christianorū à quib. suum castigādum dat.  
     conferatur. 95 Reges tyrānos et stu-  
     creatio Regū quare po- tos. 60  
     stea in Ecclesiæ con- dispensatio Papæ, sœ-  
     gregatione facta fue- cunda bellorum ma-  
     rit. 96 ter. 159  
     curia Romana Francicis disputatio de successione  
     aureis cupidè pasci- Rege viuo improba-  
     ta. 17  
     dispen-

INDEX.

- |                           |                             |
|---------------------------|-----------------------------|
| dissentio Religionis Pa-  | postea introductis. 101     |
| pisticæ, & Reforma-       | Ecclesia in legitimos suc-  |
| tæ qua in re consistat    | cessores nihil mouit        |
| 181, et 182               | vñquam 104.                 |
| diuitiae & opes verum     | Ecclesiastica bona non      |
| sunt & vnicū Eccle-       | sunt Ecclesiasticorū,       |
| siæ venenū. 79            | sed pauperum. 79            |
| D. Ludouicus Aurelia-     | Ecclesiastici cur olim bo-  |
| nis coronatus fuit. 95    | na administrarent. 81       |
| Doctores qui de Franci-   | Ecclesiastici cur hodie     |
| ci Regni successione      | bellum gerant aut fo-       |
| scripsierunt. 120         | ueant. 80                   |
| domestici Regis Nauar-    | Ecclesiastici redditus olim |
| ræ magna ex parte         | in quatuor portiones        |
| Catholici sunt. 115       | diuisi. 89                  |
| duellorū constitutio ab-  | Ecclesiasticorum descri-    |
| rogatur à Concilio        | pti mores. 68               |
| Tridentino. 174           | electores quando primū      |
|                           | constituti fuerint 271      |
| Ecclesiæ auctoritas Ioā-  | episcopi aut præsbyteri     |
| ne Albretiæ liberam       | cur non debeat de hæ-       |
| quò vellet nubēdi po-     | reticorum pœnis co-         |
| testatem concessit. 54    | gnoscere. 135               |
| Ecclesiæ dignitas qua in  | error in Religionis do-     |
| re sita sit. 80           | ctrina est spiritualis      |
| Ecclesiæ militantis effe- | animi morbus. 66            |
| ctus, qui? 67             | Euerardus Alsatus, Dux      |
| Ecclesiæ prima ætas vi-   | Lotharingie factus. 9       |
| xit absque ceremonijs     | excommunicatio quæ sub-     |

INDEX.

- ditos à sacramēto de-  
 bito liberat, est con-  
 tra Deilegem. 157  
 nō mutat, nec minuit,  
 non habet capitis di-  
 minutionē. 146. quid  
 propriēt̄. 147  
 excommunicatio Regis  
 legitima, an ideo sub-  
 ditos sacramento de-  
 bito liberet. 156  
 excommunicatus iniuste  
 querelā instituere po-  
 test. 143  
 exempla ex biblijs, de  
 Regibus, quos Deus,  
 ad castigandum popu-  
 lum suum dedit. 60  
 exempla insignia de ne-  
 pote patruo pr̄lato.  
 248. & 249.  
 exempla Pontificum qui  
 sese Imperatoribus et  
 Regibus subiecerunt.  
 132. & 133  
 Ezechiel de prophetis  
 sui, & nostri tempo-  
 ris. 63
- E
- Fabula vāriæ spārse de  
 Regibus qui necessitatē  
 vrgēte de nimio Ec-  
 clestasticorum luxuā  
 v̄sus Regni necessa-  
 rios transtulerunt. 89  
 fabula serpentis ingrā-  
 ti. 5
- filius est portio viscerū  
 patris. 265
- foēdus coniuratorum, nō  
 sanctum, sed sanguī-  
 nolentum potius est.  
 117
- formula satisfactionis à  
 veteri Ecclesia excō-  
 municato pr̄scri-  
 pta. 148
- franci adulterini nostri  
 seculi. 15
- franciæ Reges, quamuis  
 ipſi Impp. aliquando  
 fuerint, non tamē hoc  
 Regnum imperio vn-  
 quā subiecerunt. 128
- francisci de Anguen o-  
 pera memorabilis illa  
 ad Serizollam victo-  
 ria parta est. 39
- francis

INDEX.

Francis quid acciderit genealogia regum Francorum.  
quod repudiato suo corum. 25  
legitimo Rege, Aegidius generationis tempus in  
dium quendam Roma feminis anno 50. in  
num elegerint. 243 masculis 70. finit. 52  
Francorum Rex, & Prin Godofredus Arduenna  
cipes Borbonij sunt Comes: captus à Friso-  
revera ex Caroli Ma- nib. sine liberis obiit. 8  
gigni origine orti. 230 godofredus gibbosus in  
fridericus 1. intellecta su Lotharingiam resti-  
perba Adriani Alexan- tuitur. 10  
dri 3. & Victoris Pö godofredus, quē alij Gu-  
tificum conclusione se lielnum vocant, ori-  
pties Italianam armatus go familie Lotharin-  
intravit. 164 gicæ quæ hodie est. 12  
G gradus ijdem in successi-  
Gallicana Ecclesia Pon- one seruantur, qui in  
tificum decretis mini- tutela deferendi. 287  
mē se obstringit. 170 grauitas criminis Maie-  
gallicane Ecclesie liber statis demonstratur.  
tas. 86 213. & 214  
Gasto Foxius dux de Ne  
mours in Rauennali  
pugna sine liberis obiit. 251 guistiani non alio gradu  
genealogia Borboniorū sunt in Gallia quam  
33. & sequent. Francici alicuius nobilis. 190  
genealogia Capetiorum.  
241

H  
Hærefoes cognitio sœcu-  
lari Magistratui sem-  
per rescrivata est. 128

INDEX.

- |  |     |  |     |
|--|-----|--|-----|
| hæretici exterminandi<br>sunt.   | 188 | uarræ, ut tempori<br>quādiu inseruiat.   | 207 |
| hæreticorum verorum<br>exempla.  | 181 | hostis Regis Nauarreni<br>eum missam frequen-  |     |
| hæreticus quis propriè<br>dicatur.   | 181 | tare sparserunt.   | 114 |
| hæreticus an iure succes-<br>sionis quod ei debetur<br>priuari debeat.   | 56  | Hutimus regnorum Frä-<br>ciae & Nauarræ he-<br>res.  | 227 |
| I  |     |  |     |
| Hericus comes Lembur-<br>gensis homo nequā,<br>& quare?  | 10  | Jacobus Armaniacus sub<br>Ludouico II. capite<br>punitus est.  | 36  |
| Henricus secundus, Im-<br>per. Lotharingiæ de-<br>dit Godofredo, Godo-<br>fredi Arduennæ Co-<br>mitis, filio.      | 8   | Jacobus Borbonius Rex<br>Neapolis.   | 35  |
| henricus 2. Rex Franc. le-<br>gatos Tridentum mi-<br>sit, qui se nomine suo<br>congregationi isti op-<br>ponerent. | 169 | Ianua ædis B. Petri Ro-<br>mæ, locus erat sollem-<br>nis publicædis Imp. Christianorum consti-<br>tutionibus | 132 |
| heraclius Imp. fuit Mo-<br>nothelita.  | 61  | iephites quam præscripti<br>onem Ammonitis op-<br>posuerit.  | 229 |
| homines fratri Regis nu-<br>per defuncto quales,<br>& quam ob causam<br>dati.                                      | 195 | Ieremiæ Prophetia de<br>Doctoribus nostri tē-<br>poris.  | 63  |
| Hortatio ad Regem Na-  |     | ignis olim ante Impera-<br>tores latus.  | 94  |
|  |     | Imperator solo Deo mi-<br>nor.   | 142 |
|  |     | Impera-  |     |

INDEX.

- |   |   |
|---|---|
| <i>Imperatores &amp; Reges infiniti hæretici fuerunt.</i>   | <i>Carolū Hispanū.</i> 34<br><i>Ioannes 12. Papa, ab Episc. depositus.</i> 163  |
| <i>Imperatorum Germanorum ex Caroli M. constitutione insignia 95. à quibus conferatur.</i>            | <i>Iurisconsultorū sententiae de matrimonio.</i> 47<br><i>iurisdictio duplex.</i> 131<br><i>Justinianus primus Eu-<br/>tichianus fuit.</i> 61 |
| <i>Imperium, tempore Caroli M. successuum erat.</i>   | <i>ius patronatus merè personalē est.</i> 288   |
| <i>impostura est referre Lo-<br/>tharingorum originē ad Carolum M.</i>                                | <i>ius Regni non heredita-<br/>rium est, sed familie proprium.</i> 19   |
| <i>inepta nuptijs ætas vox-<br/>rem illegitimam red-<br/>dit.</i>                                     | <b>L</b><br><i>Lege huius Regni nun-<br/>quam deficit Rex.</i> 59   |
| <i>insolēs non est de nimis Regis exactionib. con-<br/>queri.</i>                                     | <i>Leges Dei non sanctio-<br/>nes, sed instructiones sunt.</i> 129.   |
| <i>imuetio in Episcopos, Sacerdotes, &amp; Do-<br/>ctores.</i>  | <i>leonina societas ab Epi-<br/>scopis hodiernis ob-<br/>seruatur.</i> 89   |
| <i>Ioanna Neapolis Regi-<br/>na, &amp; Iacobum Bor-<br/>bonum &amp; Regē Ar-<br/>ragonie decepit.</i> | <i>lex Christi manca nō est<br/>aut imperfecta.</i> 134   |
| <i>Ioannes Borbonius Frā-<br/>cie Conestabilis post</i>   | <i>Lex Salica, vnicum Frā-<br/>cie nostræ oraculum<br/>vnicū dignitatis Fran-<br/>corū propugnaculū.<br/>15. eius legis verba</i>             |

INDEX.

- tit. 62. de Alodis. 246  
 eius verba de exclusione foeminarum. 13.  
 origo eius ante Iustin. tempora. 14. ex ea nō filie tantum, sed ex filiabus descendētes masculi, ab Regni successione remouentur. 13  
 ea nunquam vſt sunt Lotharingi principes 15. & 12. ab Pharamūdo vſq; religiosissimè serper obſeruata fuit. 13. & 15  
 libri editi Lotharingiae principum genealogias contimentes. 4  
 Lotharingi principes nō sunt à Francis orti, quia lege Salica non vtuntur. 15  
 Ludouicus Bauarus, cur hæreticus declaratus est. 166  
 Ludouicus nonus Francorum Rex canonisatus. 25  
 Ludouicus undecimus Natura mulorū quæ. 12  
 cur minus fideret 10 anni Borbonio 32  
 M  
 Magistratui auctoritate sua abutenti resistere licet. 161  
 magistratui non licet a liquid iniurioso face re 161  
 Margarita Austria à Carolo 8. quare separata. 54  
 Maria Borbonia, rapta à Roberto de Cruce. 34  
 mirabilis est quinquaginariae partus 52  
 modus concordiam in Ecclesia restituendi. 187  
 modus procedendi contra Principes hæreticos. 145  
 Montpenserij Dux & eius filius, cur coniuratoribus suspecti sint. 73  
 N  
 Natura mulorū quæ. 12  
 N.

INDEX.

Nauarre Rex, an hære-

ticus dici possit. 56  
Regi fidus 225. an re-  
us Maiestatis. 213. e-  
ius genealogia. 226.  
227. 228. & 229. re-  
formatus. 113. eius do-  
mestici catholici 115.  
non cogit subditos ad  
mutandam religionē.  
107. & quare 108.  
nunquam se heredem  
regis nominauit.

220. cur sua succes-  
stone priuari non de-  
beat. 184. eius incom-  
moda propter suam  
religionem 183  
neapolitanum Regnum,  
cur non sit proprié  
successuum. 274  
nepos in patris locum ve-  
niens, patrum exclu-  
dit. 260. in eadem cau-  
sa esse debet, qua fili-  
us si viueret. 261  
nomades annorum pre-  
rogatiuam religiosē  
obseruarunt. 270

Opinio Regis Nauarre  
concilio Tridentino  
damnata. 167  
oraculum Frācisci i. nūc  
verum redditur 191  
ordines & pares regni  
regi curatorem con-  
stituunt. 59, & 60  
orientalis Ecclesiæ inte-  
ritus, & occidentalis  
ruinæ vnde proficie  
scantur. 167

P

Pacificationis edicta re-  
scindi cur aduersarij  
postulent 198  
papa iudex de cōtrouer-  
sia Regis Nauarre es-  
se non debet. 186  
pater et filius eadē per-  
sona esse intelliguntur  
257.  
philippus Valesius Caro-  
li Pulcri filius 25. do-  
minium Borbonij au-  
xit ducatus titulo. 28  
Philla anus demetrio in-  
ueni nupsit. 52

I M P E X.

- |   |     |   |     |
|---|-----|---|-----|
| pontifex Rom. in prima<br>Ecclesiæ ætate impe-<br>rium nunquam recu-<br>sauit.                        | 131 | regni Francici successo-<br>res cur in tyrānos nō<br>facilè degenerēt.                          | 22  |
| pontificis potestas merè<br>spiritualis est.  | 139 | regni Francici titulus nō<br>est hereditarius sim-<br>pliciter patrimonia-<br>lis aut feudalís. | 19  |
| Portus galliae obſidio cu-<br>ius rei testis sit.   | 222 | Regnum Christi non est<br>de hoc mundo.   | 130 |
| pragmatica sanctio.   | 86. | regnandi ambitiosa cupi-<br>ditas ad omnia scele-<br>ra cogit.                                  | 118 |
| quando & cur conse-<br>cta.   | 171 | regum Persarum veteres<br>confuetudines.  | 94  |
| protestatio Regis Nauar-<br>reni in Synodo Mon-<br>talbanensi facta de-<br>fensiva tantū est.         | 112 | reipublicæ cum Familia<br>comparatio.   | 150 |
| puerilis ætas quare ma-<br>trimonio non sit apta  | 52  | religio Catholica in in-<br>feriori Nauarra libe-<br>ra exercetur.                              | 110 |
| R   |     | religionem reformatam<br>professi ad quaslibet<br>hereditates admittunt<br>tur.                 | 110 |
| Ratio constitutionis Le-<br>gis Salicæ.   | 13  | religionis morbus quo-<br>modo sanandus.  | 203 |
| rebellio & perfidia Re-<br>gis Nauarræ, quænā<br>sit.   | 220 | Rex Francorum legiti-<br>mum nō agnouit Cō-<br>cilium Tridentinum.                              |     |
| Regi aut Principi an li-<br>ceat de excommunicati-<br>onis sententia tam-<br>quam de abusu appellare. | 160 | 65. præter Deum, su-<br>periorem  |     |

INDEX.

- periorem nemine agnoscit. 144. in Ecclesiasticos omne et summum ius habet. 84. electus est ad Regnum ex quo natus est. 60. tantum tutor, aut curator, seu fru-  
 ctuarius Regni est. 119. Nauarrenum Regem amat. 121  
 Sacerdotis officium quod-  
 nam sit. 137  
 Salicam legem Regi ab-  
 rogare non licet. 119  
 Salomō Bersabeae matris consilium repudiat. 194  
 semen bellorum ciuilium in Gallia. 216  
 solemnitas consecrandi Reges cur introdu-  
 eta. 99  
 Spartanus Senatus 255  
 Speculatores Hispanici quid in aula faciant. 199.  
 subditi an propter heresi Principum suorum
- sacramento ipsis na-  
 turaliter debito libe-  
 rari possint. 145  
 subditi in Reges nullum  
 ius habet. 57. Princi-  
 pib. suis, quales qua-  
 les sint obediere et in-  
 scriuire debent. 58  
 & 157.  
 successio electioni pre-  
 stat. 21  
 successio quae fit de gra-  
 du in gradum, potior  
 est illa quae fit de capi-  
 te in caput. 266  
 de successione hodie di-  
 sputare, est Regi iux-  
 tam suspicionis cau-  
 sam praebere. 23 et 24  
 successor in causis feuda-  
 libus, ipso etiā pre-  
 decessore viuo habe-  
 tur pro domino. 93  
 successio huius Regni ad Borbonios recte per-  
 tinet. 16  
 Susanna filia unica Pe-  
 tri Borbonij nupta  
 vni ex Principibus e-  
 iusdem

## INDEX.

- |                             |                           |     |
|-----------------------------|---------------------------|-----|
| iusdem familiæ ad ui-       | executores.               | 61  |
| tandas controuerstas        |                           | V   |
| de eius paterna suc-        | Valens, Valentiniani pri- |     |
| cessione.                   | mi frater, Arrianus       |     |
| synodus Montalbani cō-      | fuit.                     | 61  |
| uocata.                     | Vindocina familia corū    |     |
| T                           | qui hodie supersunt       |     |
| Theodoricus, alias The-     | Borboniorum prin-         |     |
| odoldus Saxonie præ-        | cipum origo.              | 28  |
| fectus est, vnde Saxo-      | Viperis similes qui       | 31  |
| diclus.                     | Virgilius Salisburgensis  |     |
| tituli speciosi quos aduer- | Episcopus heresos         |     |
| sarij prætendunt.           | damnatus quòd Anti-       |     |
| tragœdie à Papis exci-      | podas esse dixisset.      | 102 |
| tatæ.                       | Z                         |     |
| traianus grauitatem cri-    | Zeno hereticus, imperio   |     |
| minis maiestatis &          | quod ad se ex iure de-    |     |
| metum sustulit.             | uoluebatur succedit.      |     |
| tutela Regum Franciæ        | 104                       |     |
| quibus committatur.         | Zeno leonis gener, Arri-  |     |
| 231.                        | anus fuit.                | 61  |
| tyrauni iustitiae diuinæ    |                           |     |

FINIS.